DE JURE SACRI ASYLI

L' Editore intende godere del privilegio accordato da S. M. con Regie Patenti 28 febbrajo 1826, avendo adempiuto a quanto le medesime prescrivono.

DE JURE SACRI ASYLI

TRACTATUS

AUCTORE

DOMINICO GUALCO

S. Theol. ac Jur. Utr. Doctore

CANONICO PRÆPOSITO INSIGNIS COLLEGIATÆ S. MARIÆ VINEARUM

EQUITE SS. MAURITII ET LAZARI

CIVITATIS AC DIOECESIS GENUENSIS

VICARIO GENERALI



GENUÆ

EX TYPOGRAPHIA FERRANDO

MDCCCXL.

Si quondam latrones diversorum criminum rei ad Asylum Templum Romuli fugientes, indemnitatem consequebantur; quanto potius hi qui ad Templum Christi confugium faciunt, etc.?

NICOLAUS I. *ad Consult. Bulgarorum*, *cap.* 95.

Si mundani Principes suis legibus censuerunt ut quicumque ad eorum statuas fugerit, illaesus habeatur; quanto magis hi permanere debent indemnati, qui patrocinium immortalis regni, et coelestis adepti sunt?

Concil. Matiscon., *an.* 588. *can.* 8.

ILLUSTRISSIMIS AC REVERENDISSIMIS

ARCHIEPISCOPIS ET EPISCOPIS

In Ditione Aug.mi Sardiniae Regis

Dominicus Guasco

Exiguam mihi de jure asyli opellam concinnanti, non diu multumque fuit haerendum, cujusnam amplissimo inscriberem nomini, ejusque tutelae ac patrocinio commendarem: sub illorum siquidem faustissimis illico cogitabam edendam auspiciis quos Dioeceses in ditione Augustissimi Regis nostri peramantissimos habere Praesules jure meritoque gloriantur. Eccui enim laudabilius nuncupare poteram quam Vobis qui attendentes universo gregi in quo

Vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, omnes nervos intenditis ut Ecclesiastica disciplina sarta tecta servetur? Apud omnes eximia pervulgata est qua inclarescitis doctrina, apud omnes nota salubria in quae concreditum Gregem educitis pascua. Nil de altissima dicam qua praestatis sacrae Scripturae scientia, quae adeo Vobis in deliciis est, ut sacros Codices diurna nocturnaque versetis manu et lectitetis, in quibus quidquid docetur veritas, quidquid praecipitur bonitas, quidquid promittitur felicitas est, contumax invenit quid timeat, laborans praemia. De praeclara silebo qua polletis eruditione Sanctorum Patrum, qui quod invenerunt in Ecclesia tenuerunt, quod didicerunt docuerunt, quod a Patribus acceperunt hoc filiis tradiderunt, et quorum sanctae fidei necesse est Catholico cuiquam ut adglutinetur, immoriatur. Nec zelum oratione attingam quo observantiam urgetis Constitutionum Summorum Pontificum qui velut in specula positi quid per totius Orbis ge-

ratur Provincias vigilanti cura insistunt, omnibusque Ecclesiis quid sequendum, quid vitandum sit generali pronuntiatione decernunt. Ardens studium tacitus etiam praeteribo quo Conciliorum Canones ab omnibus Vos velle custodiri adprobatamque servari consuetudinem omnes norunt. Neque est cur immorer in praedicanda veneratione, qua in dubiis quaestionum articulis ad Sedem Apostolicam recurritis omnium Ecclesiarum Matrem et Magistram, in qua Petrus adhuc velut in propria sede vivit, ac praestat quaerentibus fidei veritatem. Sacra Vos video tueri dogmata adversus Ecclesiae hostes, apud quos sola personat veritatis pollicitatio sed non exhibetur, quique per verba legis legem impugnant, et fidem sine fide proclamant, simulque Vos cerno non haereticum sed haeresim, non hominem aversari, sed errorem odio prosequi, Vos in omnibus laborare intueor, vestrumque implere ministerium, quod infirmum est roborare, erigere quod lapsum, et dumtaxat quae Jesu Christi quae-

rentes, omnibus omnia fieri, ut omnes Christo lucremini ac salvos faciatis. Vos praesules cerno nunquam sinentes ut importuna flagitatio rationem, gratia aequitatem, audacia constantiam expugnet, Vos Antistites cerno apud quos nil vindicat odium, vel favor usurpat, stateram gestantes in manibus, lances appendentes aequo libramine.

Pastoralem silentio praetereo sollicitudinem qua cavetis ne in agro Dominico vepres et spinae succrescant, neve ipse nitor vigiliis laboribusque jam partus deflorescat. Missum quoque faciam zelum quo cavetis ne studia languescant, hebescat industria, ingenium torpeat, ne falsa pietatis species fallat, vanusque scientiae rumor decipiat, neve quis pro pane lapidem, pro pisce serpentem, pro medicina venenum porrigat. Ast silentio premere nequeo in omni Divini cultus pietatisque exercitio, Vos ipsos Auctores, vos Duces, vos esse Magistros, ita ut quasi de vestrae sanctitatis splendore, tum Clerus, tum Grex universus non modo lumen

hauriat, verum etiam charitatis vestrae igne incalescat.

Neque putet quispiam me assentatorie Vos prosequi; universas enim Dioeceses vestras advoco testes, si a veritate tantillum orationem elongem. Sed jam a praeclarissimis commemorandis quae suppeditatis omnigenarum virtutum exemplis abstineo, cum et tenuitatis meae non sit Antistites tantos pro dignitate laudare, et vestra praeclara quaeque recensere singularis vetet quae in Vobis modestia emicat. Quoniam itaque vestrae potius morem gerere modestiae, quam justissimo meo obsecundare cogor desiderio, effundar saltem in gratulationes et vota.

Gratulor quocirca Vos strenuos, vigilesque Speculatores Domus Israel, Catholicae fidei custodiae ac propagationi adlaborare. Gratulor atque etiam gratulor sanctissimis vestris mirum in modum respondere optatis Augustissimum piissimumque Regem nostrum, qui id sibi summo esse opere enitendum in eoque laborandum censet ut Ecclesiae honori ac reveren-

tiae consulat, ejusque immunitatem tueatur, Ecclesiasticas foveat leges custodiendasque jubeat, decernatque.

Hujusmodi igitur quod sibi Vos Patronos adsciscit opusculum perhumaniter accipite, illudque fovete, exiguumque licet admodum quod Vobis offero munusculum, pergratum acceptumque habetote velut observantissimi erga Vos animi mei testimonium, ac argumentum. Quod dum a Vobis vehementius efflagito, Divinam precor Clementiam obtestorque ut ad uniuscujusque Dioecesis utilitatem ac decus, diu multumque Vos servet incolumes.

PRÆFATIO.

Multa praefari haud mihi mens est, benevole Lector, quibus consilii mei rationes, et opellae ordinem assequaris: meum etenim ultro se prodit in hac conficienda lucubratiuncula propositum, ut exiguo nempe licet admodum volumine, quae jus sacri Asyli respiciunt praecipua complecterer. Ut autem ea qua opus est claritate procederem, hanc secutus sum rerum pertractandarum rationem: Sacri Asyli naturam imprimis et originem trado, ac nonnulla adversus asylum dissolvo objecta; de personis deinde sermonem habeo quae jure asyli fruuntur, crimina recenseo ob quae rei asylo carent, locaque expono quae jure asyli donantur; edissero dein tum de hujus localis immunitatis effectibus, tum de ratione extrahendi a sacris aedibus eos qui ob crimina excepta nulla immunitate gaudent; poenas deinceps violantium jus Asyli obiter attingo; demum operae pretium duxi de jure Asyli agere juxta Concordata inter S. Sedem, augustissimumque Sardiniae Regem inita.

Si quidpiam utilitatis benevole Lector ex hujusmodi opusculo manare noveris, id omnipotenti Deo tribuendum esse

memento; si quae autem minus recte exarata fortasse exciderint, ultro rejicio, tuque meam perhumaniter excusa tenuitatem. Ecclesiae Romanae judicio opusculum submitto meum, quidquid S. Romana Ecclesia tenendum praescripserit, firmissime teneo, quidquid illa damnandum censuerit, execror, detestor. Ego enim, ut cum Hieronymo loquar, nullum primum nisi Christum sequens, Beatitudini tuae, idest Cathedrae Petri communione consocior.

CAPUT I.

DE ASYLI NATURA ET ORIGINE AC NONNULLIS LEGIBUS ET CANONIBUS CIRCA ASYLUM EDITIS.

Immunitas Ecclesiastica pro Asylo sumpta seu jus Asyli a Canonistis definitur privilegium, quo reis ad Ecclesiam confugientibus praestatur securitas, ut inde vi ac violentia extrahi nequeant, potissimum ut in vita ac in membris tuti sint [1].

Obsequio sane erga Deum nostro consentaneum ac consequens est, quodque antiqua etiam Graecorum ac Romanorum superstitio illis suis Deorum monstris ac ludibriis debitum est arbitrata, post patratum crimen ad templa

[1] Schmalzgrueber, Pichler, lib. 3. *Decretalium* tit. 49. « Immunitas Ecclesiastica localis est jus competens Ecclesiis aliisque locis sacris ac religiosis, vi cujus actus profani seu saeculares in iis exerceri non possunt; et malefactores illuc confugientes in vita et membris proteguntur; ita, ut inde extrahi nequeant. Can. *Non oportet*, Dist. 42. Leurenius lib. 3. tit. 49. q. 1003. Patet quocirca immunitatem localem in duobus praecipue consistere, duosque parere effectus, videlicet: 1. quod in locis sacris actus profanus fieri nequeat, 2. quod illuc confugientes malefactores in vita et membris tuti sint.

confugientes tutos atque incolumes velle, ab iisque tamquam numinis brachio tectis, vim animadversionis seu privatae seu publicae propulsare [1].

Apud Judaeos asylum fuisse constat, ad quod confugere rei possent, Altare nempe et Tabernaculum [2]. Sex Urbes Leviticae ut praesidio essent profugis homicidis tam filiis Israel quam advenis, et peregrinis, qui nolentes fortuito et sine odio sanguinem fudissent, ibidem commoraturis usque ad mortem Pontificis, eoque defuncto, suam in terram exin tuto redituris, Dominus per Moysen imperavit. « Loquere filiis Israel et dices ad eos: quando transgressi fueritis Jordanem in terram Chanaam, decernite, quae urbes esse debeant in praesidia fugitivorum, qui nolentes sanguinem fuderint; in quibus cum fuerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere donec stat in conspectu multitudinis et causa illius judicetur. De ipsis autem urbibus, quae ad fugitivorum subsidia separantur, tres erunt trans Jordanem, et tres in terra Chanaam, tam filiis Israel quam advenis atque peregrinis, ut confugiat ad eas, qui nolens sanguinem fuderit.... Si per odium quis hominem impulerit, vel jecerit quidpiam in eum per insidias, aut cum esset inimicus, manu percusserit et ille mortuus fuerit, percussor homicidii reus erit.... Quod si fortuito et absque odio et inimicitiis quidpiam horum fecerit, et hoc,

[1] Leo XII. *Brev.* an. 1826. 20 junii.

[2] Cornelius a Lapide *Deuter.* 35. n. 6. « Verum dico Altare et Tabernaculum fuisse Asylum. Patet ex eo quod Joab ex urbe fugerit ad Tabernaculum et Altare, quasi ad Asylum; est enim hic locus ex se sacer ».

audieute populo, fuerit comprobatum, atque inter percussorem et propinquum sanguinis quaestio ventilata: liberabitur innocens de ultoris manu, et reducetur per sententiam in urbem, ad quam confugerat; manebitque ibi, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto unctus est, moriatur...[1] Si vero quis per industriam occiderit proximum suum, et per insidias, ab altari meo evelles eum, ut moriatur[2] ».

Apud Gentiles, ii, qui ob aliquod scelus ad mortem deposcebantur, si aram, si Dei simulachrum teunissent, si denique Principis statuas, aquilas, signaque castrensia amplexi fuissent, se Religione tutabantur, eosque per vim abstrahere piaculum erat; conservabant antem omni studio posteri hoc jus, et inter sacrilegos adnumerabant, qui ab aris supplices et ad Dei tutelam fugientes dimovebant, in eosque graviter animadvertebant. Sic Athenienses eos cives ultimo condemnarunt supplicio, qui Cytonis socios ministrosque, qui per tyrannidem occupare arcem tentassent, ad aram Minervae factos supplices occidissent, quemadmodum referunt Thucidides et Plutarchus. De Trojano Junonis Asylo agit Virgilius[3]:

« Procedo ad Priami sedes, arcemque reviso,
« Et jam porticibus vacuis, Junonis *asylo*. »

De Ara Clementiae ac Templo Misericordiae Athenis erecto ab Herculis Nepotibus agit Statius ita canens[4]:

[1] Num. 35.
[2] Exod. 21. 14.
[3] Virgilius, Aeneid., lib. 2. v. 760-61.
[4] Statius, Theb., lib. 12.

« Huc victi bellis, patriaque a sede fugati,
« Regnorumque inopes, scelerumque errore nocentes
« Conveniunt, pacemque rogant. »

Lacaedemones quoque templum veluti asylum venerabantur, et in quo nocentes omnes etiam capite damnati salvi esse consueverant, ut ait Polybius [1].

Romulus ut quamplures haberet Romani Imperii incolas, asylum constituit [2]; sacrum videlicet quemdam locum inter

[1] Tholosanus, Syntag. Juris Univ., lib. 33. c. 21.

[2] Polyd. Virg. ita scribit: « Longo deinde tempore Romulus ut haberet advenas plures, cum quibus conderet Romam, ad imitationem Atheniensium, ut Servius tradit, asylum, teste Livio, in primo ab urbe condita, et Dionysio lib. 2., aperuit, quo quisquis proficisceretur, ab omni noxa liberatus esset ».

Florus Lib. 1. cap. 1. haec habet: « Erat in proximo lucus: hunc asylum facit: et statim mira vis hominum Latini, Tuscique pastores: quidam et trasmarini; Phryges, qui ab Aenea, Archades, qui sub Evandro Duce influxerant. Ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum; populumque romanum ipse fecit ». Lactantius Lib. 2. Div. Inst. cap 7. sic ait: « Romulus Urbem conditurus, pastores inter quos adoleverat, convocavit. Cumque is numerus condendae civitati parum idoneus videretur, constituit asylum; et passim confugerunt ex finitimis locis pessimi quique sine ullo conditionis discrimine ». D. Cyprianus, de Idolorum vanitate: « Populus de sceleratis et nocentibus congregatur; et asylo constituto, facit numerum impunitas criminum ». Di Romolo, verba sunt Perimezzi, asserisce il Sarpi, che, non motivo di religione avesse avuto, quando al primo asilo di religione die' privilegio di libertà. Ma il fine dell' operante, prosequitur clarissimus Perimezzi, non distoglie, oppur perturba mai il fine dell' opera. Si servì Romolo del pretesto dell' asilo per convocar gente in Roma: questo fu il motivo di Romolo, ma non il fine dell' asilo. E infatti per dimostrar, che questo fosse sacro, almeno in apparenza, egli fe' fabbricarvi il Tempio della Misericordia. (Perimezzi, dell' Immunità de' Sacri Luoghi, lib. 1. cap. 3).

Erat et in statuis Caesarum jus aliquando asyli L. 17. ff. *de Aedilit. edicto*, quam docte exponit Samuel Petitus ad LL. Atticas lib. 1. tit. 1.

Collem et Capitolium aperuit, quò quisquis confugeret, ab omni noxa liber esset. Hinc Virgilius:

« Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum
« Rettulit, et gelida monstrat sub rupe Lupercal. »

Et Ovidius [1]:

« Romulus, ut saxo lucum circumdedit alto,
« Cuilibet, huc, inquit, confuge, tutus eris. »

Postea aliis templis jus asyli datum est, ut refert Cicero [2]: « Hic arae sunt, hic Dii Poenates, hic sacrae Religionis caeremoniae continentur, hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi neminem fas sit. » Romae sunt, ait idem Cicero [3] loca publica urbis; sunt sacella, quae post restitutam tribunitiam potestatem nemo attigit,

L. 2 ff. *de his, qui sunt sui etc.*, L. 1. L. 5. ff. *de Offic. Praefecti Urb.* L. 28 ff. *de poenis.* L. 5. ff. *de extraord. crimin.* L. unica C. *de his qui ad statuas.* Brissonius, Lib. 1. de V. S. Eo denique ventum erat, ut illa ipsa Imperatorum imagine, quae monetis fuerat impressa, ad impunitatem abuterentur; adeo, ut essent, qui, ut poenae exsortes se redderent, imaginem Caesaris gestarent; unde Tacitus, Lib. 3. Annal. ait: « Incedebant deterrimi quique cum licentia impune probra, et invidiam in bonos excitandi, arrepta imagine Caesaris. » Expressius scribit Philostratus, Lib. 1 de Vita Apoll. « Erant apud Aspendios asylum Tiberii, et statuae, quae sanctiores illis in locis, venerabilioresque, quam Jovis Olympii simulacrum habebantur; ita, ut impietatis damnatus quidam fuerit, quod servum suum verberasset, qui drachmam argenteam Tiberii imagine signatam gestabat ». Borellus, tom. 2. Dec. tit. 36. Lypsius, ad Lib. 3. Annal. Taciti, Cohel. in not. Cardin. cap. 15. Gonzalez in cap. 6 de Immun.

[1] Fast. Lib. 3.

[2] M. T. Cicero Orat. *Pro Domo sua.*

[3] Cic. Orat. XVI. de Lege Agraria contra Rullum.

quae Majores in urbe partim periculi perfugia esse voluerunt [1]. »

In lege gratiae sunt, fueruntque jam a primis Ecclesiae saeculis Asyla, Ecclesiae scilicet et altaria Deo consecrata, a quibus abducere confugientes non liceret [2].

Neque humanis legibus aut canonibus Ecclesiarum immunitas statuta fuit, inquit Politi, sed solummodo custodita, suisque claustris cöercita. Ecquam enim Legem aut Canonem mihi recitaveris, qui Ecclesiasticae immunitatis, qui de ea tamquam de re jam veteri atque usitata non loquatur? Canon omnium antiquissimus, in quo Ecclesiasticae immunitatis mentio occurrat, est Concilii sardicensis septimus (an. 347) [3] « Sed quoniam saepe contingit, ut ad « Ecclesiam confugiant, qui injuriam patiuntur, aut qui

[1] Audiatur hac de re clariss. Perimezzi cit. loc. ita scribens: « Così Greci come Romani inverso de' loro asili si mostraron sempre religiosi e osservanti, rispettandone i sacri ritiri, e non offendendo coloro, che in essi si ricovravano. Alessandro il grande nell' espugnazione di Tebe e nel saccheggio di Tiro non permise che restasse veruno offeso di coloro, che ne' sacri templi eran fuggiti. Agesilao intatti lasciò tutti quelli, che sotto il patrocinio de' numi si erano ricovrati ne' loro templi, nelle sconfitte che diede a' Beozii, a' Tebani, ed agli Ateniesi. Le cose ancora de' sacerdoti, quali erano i Flamini, avevano presso i Romani privilegio d'immunità e libertà d'asilo. Nel Lib. x. al 15 cap. l'attesta Gellio: — inter caeremoniales Flaminis Dialis est sanctio: vinctum, si aedes Flamiols introisset, solvi necessarium esse. — Forse non vi è stato popolo tanto osservante del sacro asilo per unico motivo di Religione, inquit ci. Pistorozzi *sul diritto dei sacri asili*, quanto i Romani in tempo della Repubblica; laonde, benchè qualche volta si trattasse di punire un popolo ed a quest' unico fine fosse stata intrapresa da essi la guerra; rispettavano ciò non ostante vittoriosi l'asilo, l'immunità de' templi, nè avevano ardire di molestarne i rifuggiti ».

[2] Gonzalez in cap. 6. Lib. 3. Decretal. tit. 49.

[3] Relatus in can. 23. q. 8. c. 28.

« in exilium vel in insulas deportati, aut certe alia sen- « tentia damnati, subveniendum iis est, et sine dubitatione « venia petenda. » *Quoniam saepe contingit*, ait canon: igitur tunc temporis rei ad Ecclesias confugere consueverant.

Quid dicam de Legibus civilibus? Prima, quae Ecclesiasticae immunitatis sermonem injiciat, est constitutio Theodosii senioris [1]. Ast Lex Theodosii satis est testimonium, inquit Bingamus [2], quod jam antea consuetudo seu praxis Ecclesiae fuerit: nam lex ejus lata non fuit, ut auctoritatem rei ipsi conciliaret, sed ut momenta quaedam ad eam spectantia certis regulis submitteret; id, quod rem jam antea in usu fuisse declarat [3]. Et revera Gregorius Nazianzenus ante illam legem, Basilium, viduam quamdam,

[1] L. 1. Cod. *De his, qui ad Eccl. confug.*

[2] Lib. VIII. cap. II.

[3] Van-Espenius ipse cap. 1. dissert. de *Asylo Templ.* ita scribit: « Notandum, quod hac constitutione Theodosius nequaquam asylum concedat; sed modum et limites huic asylo figat; cum in immensum jam tum usus ejus excrevisset; ut, vel inde pateat etiam ante hanc editam Legem, usum hujus asyli fuisse; licet antiquior positiva constitutio, nec in codice Theodosiano, nec in Iustinianeo supersit. » Haec Espenius; qui tamen, ut ait Joseph Aloysius Assemanus, videtur plus tribuere laicis, quam Ecclesiasticis circa Asylum et immunitatem Ecclesiarum restringendam vel dijudicandam. Audire non pigeat, quid de Van-Espenio scripserit Carolus Cameracensis Archiepiscopus in Pastorali Institutione, qua an. 1731 commentarium damnavit inscriptum: *Mémoire pour les Sieurs Samson etc.* « Pour les établir (les nouveaux principes de la secte), les quarante Jurisconsultes n'ont guères cité, que l'autorité méprisable d'un Van-Espen si connu par son attachement opiniâtre au parti Janséniste, dont les écrits rempli d'erreurs ont été proscrits par l'autorité publique, qui pour ces mêmes erreurs a été juridiquement chassé de sa chaire de Professeur, et qui ne pouvant plus trouver d'asyle dans les Pays-Bas Catholiques, a été obligé d'en chercher un dans le sein de l'hérésie, où

quae contra vim a Praefecto Ponti sibi intentatam ad altare confugerat, protexisse exhibet [1].

Ammianus Marcellinus, auctor licet gentilis, memorat « Sylvanum Agrippinae extractum aediculâ, quà exami-

il est mort depuis peu de tems dans la profession publique du schisme, dont il avait entrepris la défense, et de l'erreur, dont il n'a jamais voulu se départir ».

In Ebredunensis Archiepiscopi adversus eundem Commentarium Institutione eodem an. 1731 vulgata haec leguntur: « Van-Espen, canoniste Flamand, dont la mémoire toute récente est en horreur dans les Pays-Bas Catholiques. En 1725 il publia un ouvrage en forme de lettres, qui conformément aux ordres de l'Empereur fut déclaré injurieux au Saint Siége, scandaleux et de dangereuse conséquence, et, comme tel, lacéré publiquement. En 1728 il fut condamné par une sentence du 7 février, à retracter ce pernicieux écrit; et, par provision, déclaré suspens de sa chaire et de ses autres emplois académiques. Enfin, après avoir épuisé toutes les voies de la chicane pour se maintenir en possession de combattre l'Église dans sa patrie catholique, obligé de cercher un asyle à son opiniâtreté dans une terre étrangère, il est mort en Hollande, comme il avoit veçu, dans la profession du schisme, et de l'erreur. »

[1] Gregor. Nazianz., Orat. 20 de laudibus Basilii, tom. 1: « Vidua nobilis et opulenta potentis proci insidias declinare non potuit, nisi ut in Ecclesiam se abderet. Ad sacram mensam confugit, Deumque adversus hanc injuriam propugnatorem sibi adoptat. Hujus viduae defensionem in se recepit Basilius, cui jam injuriosus esse poterat nemo, quin eadem opera esset altaribus, Legibus, Episcopatui. Quid faciendum fuit non dico Magno Basilio sed alii cuiquam longe inferiori, dum tamen Sacerdoti? Quid aliud, nisi ut eam assereret, tueretur, Dei clementiae, et legi, quae altaribus honorem haberi jubet, manum porrigeret? Is Judex (nam eam sustinebat dignitatem) in Basilium nulla non effudit contumeliarum genera; nec tamen potuit illum a proposito deterrere. Denique tot in sanctissimum Episcopum congestarum injuriarum rumore in civitatem didito, populus ad arma prosiliit, nec potuit praefractae impudentiae judex furentium iras declinare, nisi suâ ad asylum fugâ, et ad Basilium ipsum, qui nihil beatius sibi duxit, quam ut persecutorem atrocissimum humanissime tueretur ». Thomassin., De Veteri et Nov. Eccl. discipl., p. 2. lib. 3. cap. 96.

natus confugerat, ad conventiculam ritus christiani tendentem trucidatum [1]. « Hilarius auriga magiae convictus et « confessus, capitali animadversione damnatus, laxius re« tinente carnifice, subito lapsus confugit ad Ritus Chri« stiani sacrarium [2]. »

Honorium et Theodosium II. [3] afferre possem ita decernentes: « Fideli devotaque praeceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere; sub hac videlicet definitione; ut, si quisquam contra hanc Legem venire tentaverit, sciat se Majestatis crimine esse retinendum [4]. »

Silentio praetereo Theodosium et Valentinianum [5] haec mandantes: « Pateant summi Dei templa timentibus, nec sola altaria et oratorium templi circumjectum, qui Ecclesias

[1] Ammian. Marcellin. lib. 15.

[2] Ammian. Marcellin. lib. 26.

[3] L. 2. Cod. *de his qui ad Eccl. confug.*

[4] L. 3. Cod. eod. tit.

[5] De Imperatoribus Honorio et Theodosio ita scribit clarissim. Perimezzi cit. loc. lib. 1. cap. 7: « Gli imperatori Onorio o Teodosio fecero altra legge nel 420, nella quale si confermano i privilegi tutti dichiarati al dianzi convenire alle Chiese per cagion di coloro, che in esse si ricovrano per trovarvi rifugio e godervi immunità, e si vede che questi piissimi imperadori voleano quei privilegi da esso lor riconosciuti e confessati convenire per divina ordinazione a'sacri Luoghi; non potersi in parte nè in tutto o diminuire o infrangere o annullare ». Agens deinde de imperatoribus Valentiniano et Marciano, haec habet: « Gli imperatori Valentiniano e Marciano, nell'anno 458, con ispeciale loro legge confermarono i privilegi tutti da' loro predecessori dichiarati di convenire alle Chiese, e nella medesima legge dissero, che se mai altre leggi vi fossero a' sacri Canoni contrarie, trattandosi de' privilegi delle Chiese, non doversi di esse veruna ragione avere, e che solamente star si dovesse a quello che i sacri Canoni disponevano. »

quadripartito parietum septu concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita; sed usque ad extremas fores Ecclesiae, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram salutis esse praecipimus; ut inter templum descripsimus cinctu, et post loca publica januas primas Ecclesiae, quidquid fuerit interjacens, sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere. Hanc autem spatii latitudinem ideo indulgemus, ne in ipso Dei templo et sacrosanctis altaribus confugientium quemquam mane vel vespere cubare vel pernoctare liceat; ipsis hoc clericis religionis caussa vetantibus; ipsos, qui confugiunt, pietatis ratione servantibus. »

Gothorum quoque Principes, aliique Romanum Imperium invadentes plerumque sacris favere asylis. « Adest Alaricus; scribit Osorius; trepidam Romam obsidet; turba irrumpit: dato tamen praecepto prius, ut, si qui in sancta loca, praecipueque in SS. Apostolorum Petri et Pauli Basilicas confugissent, hos imprimis inviolatos securosque esse sinerent [1].

[1] Osorius ad an. 410. Huc spectant, quae S. Aug. lib. 1. de Civ. Dei cap. 1. proloquitur: « Hodie contra eam linguas non moverent, nisi ferrum hostile fugientes in sacratis ejus locis vitam, de qua superbiunt, invenirent. . . . Testantur hoc martyrum loca et basilicae Apostolorum, quae in illa vastatione urbis ad se confugientes, suos, alienosque receperunt. Huc usque cruentus saeviebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidatoris furor ».

« I Goti come barbari, inquit Joseph M. Saporiti Arch. Januensis, nimici erano del nome romano e ribelli dell'impero; e, come Ariani, nimici implacabili de' Cattolici e della vera Fede; nulladimeno occupando

Synodica expendamus decreta quorum plura prodiisse constat, sacri Asyli abusus et violationes coercentia. Scimus in Concilio Arausicano duos editos fuisse canones ad reorum captivorumque sive servorum defensionem, qui in Ecclesiam confugerent [1].

Sub Clodoveo rege in Conc. Aurelian. 1. constitutum est: ut, si homicidae, latrones ad Ecclesiam fugerent, nec possent atriis Ecclesiae aut Episcopalibus abstrahi aedibus, nisi juramento se partes constrinxissent, nec morte, nec truncatione membrorum, nec poena denique ulla illos afficiendos; pactos tamen et ipsos vicissim ut satisfacerent. Qui huic sacramento injuriosus fuisset, eum non communione tantum ejectum iri, sed et civili fidelium contubernio: servos dominis reddendos, impunitatem pollicitis; si, quod jurassent, transgrederentur domini, utràque exuerentur communione [2].

In Concilio Epaonensi decretum quidem illud est, ut

la metropoli del medesimo Imperio e la sede della vera pietà, nel maggior tumulto della vittoria aprirono ai servi del vero Dio tanti asili e tanti luoghi di sicurezza, quante vi erano chiese de' martiri, e basiliche di Apostoli. (Notific. 16. Vid. etiam Baron. ad ann. 410. num. 26 et seqq.)

[1] Conc. Araus. decernit « Eos, qui ad Ecclesiam confugerint, tradi non oportere; sed loci sancti reverentia et intercessione defendi ».

[2] Thomassin., De veter. et nov. Eccl. discipl., part. 2. lib. 3. cap. 97. — Conc. Aurelianense 1. sic statuit: « De homicidis et furibus, si ad Ecclesiam confugerint, id constituimus observandum, quod Ecclesiastici canones decreverunt et lex Romana constituit: ut ab Ecclesiae atriis, vel domo Episcopi eos abstrahi omnino non liceat, sed nec aliter consignari, nisi ad Evangelia datis Sacramentis, de morte, debilitate, et omni poenarum genere sint securi, ita, ut ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conveniat ».

sacri Asyli contemplatione ac reverentia, servi corporalibus absolverentur poenis, at non tamen ut prohiberentur domini illos radere, vel operi cuicumque addicere [1]. In Concilio Aurelianensi IV. excommunicationis et poenitentiae publicae substerni jussi sunt, qui Ecclesiis abstraxissent misellos quoscumque eò confugientes. Aurelianense V. eadem innovavit decreta ad impunitatem servorum in Ecclesias confugientium, quamquam Dominis subessent paganis, vel alterius sectae: eo discrimine servato, ut, ne eorum sacramenta admitterentur, sed catholicorum, qui necessitudine aliqua eis conjuncti essent et pro eis jurarent.

In Concilio Matisconensi 2. graves primum quaerelae de asyli Ecclesiastici violatoribus personuere: tum illud additum est: si terrenis placuit Principibus, ipsorum ut statuae miseris et oppressis omnibus confugio et tutelae essent; eodem utique privilegio frui debere Regis Regum Christi Palatia [2].

Haud nos latet a Conc. Rhemensi anno 630 fuisse statutum: « Si quis fugitivum ab Ecclesia absque sacramento, quod ei jurandum est, ut de vita, tormentis, et truncatione securus exeat, qualicumque occasione abstraxerit, communione privetur. Nec ignoramus Conc. Toletanum anno 681 decrevisse « ut nullus audeat confugientes ad Ecclesiam vel residentes inde abstrahere ».

Romanum Concilium anni 1059 sub Nicolao II., qui

[1] Thomass. De vet. et nov. Eccl. disc. part. 2. lib. 3. cap. 97. tom. 2. pag. 679.

[2] Thomass. De veter. etc., part. 2. lib. 3. cap. 100.

ejus decreta in Gallias misit, scripta ad Episcopos epistola, ulterius promovit hanc circa Ecclesias immunitatem.

In Concilio Rhemensi anno 1131 anathemate configuntur, qui reum quemvis in Ecclesia comprehenderint, vel in Coemeterio [1].

In Anglia anno 1261 Concilium Lambetanum diris devovit eos, qui prohiberent, ne quid cibi inferretur iis, qui ad Ecclesias et Coemeteria confugerant: qui inde egredientes interciperent. Anathemate confixit Concilium Bituricense anni 1279 eos, qui audaciam sacrilegio cumulantes, mactabant, vel mutilabant, vel vi ab Ecclesia abstrahebant reos *contra* juris utriusque statuta et Ecclesiarum libertatem: quin horum filiis amputata spes est quorumcumque Ecclesiae beneficiorum. Synodus Nemausensis anno 1284. Xenodochia et religiosas domos asylis annumeravit ad tutelam tum hominum, tum rerum illic depositarum; nec excepit nisi publicos praedones, eosque, qui spe asyli ad crimen patrandum illecti sunt.

In legibus Longobardorum et in Capitularibus Caroli Magni statuitur his verbis [2]. « Si quis ad Ecclesiam confugium fecerit, in ipso atrio Ecclesiae pacem habeat, nec sit necesse Ecclesiam ingredi, et nullus inde per vim eum extrahere praesumat » [3].

[1] Conc. Rhemense an. 1131. « In eos, qui ad Ecclesiam vel Coemeterium confugerint, nullus omnino manum mittere audeat. Quod si fecerit, excommunicetur ».

[2] Vide Petrum Gregorium Tholosanum, Syntagm. Juris Universi, lib. 33. cap. XXI.

[3] « Quanto si dispone ne' Capitolari de' Re di Francia in materia di asilo,

In Galliis summa semper viguerat religio Asylorum, inquit Thomassinus [1]. Quoad Germaniam [2], cum Nico-

inquit Pistorozzi, cit. loc., deriva dalle risoluzioni de' Vescovi prese in quei consigli: onde sono tutti canoni e leggi ecclesiastiche, le quali dichiarato hanno quali sieno i casi e delitti, che non debbono godere l'ecclesiastica immunità.... Da tanti uniformi capitolari si rileva sempre una rigida disciplina della Chiesa, ajutata dalla forza temporale de' Principi, nel volere osservata esattamente la immunità del Tempio. A chi non ha pratica delle materie ecclesiastiche, sentendoli intitolare *Capitolari di Lodovico Pio*, *Capitolari di Carlo Magno*, *di Carlo il Calvo*, subito fanno impressione come di leggi del secolo: pure la cosa non è così: sono tutte risoluzioni decretate ne' Concilj, ed in conseguenza sono canoni, e non leggi del secolo. » — Audiatur Auctor Anonymus Libri cui titulus: *Abrégé historique du droit Canon, contenant des remarques sur le Décret de Gratien*: — « Depuis le neuvième siècle jusqu'au douzième, le Droit Canon de l'Église Gallicane fut augmenté par les Capitulaires de l'Empereur Charlemagne, par ceux de l'Empereur Louis-le-Débonnaire son fils, et par ceux de Lothaire et de Charles-le-Chauve aussi Empereur, et ses petits fils. Ces Capitulaires sont des Lois faites dans les Conciles, ou dans les Assemblées Générales du Royaume pour le bien de l'Église, et pour la conservation de sa discipline. Ces Lois ecclésiastiques confirmées par nos lois, et par conséquent soutenues de l'Autorité Impériale, se nommaient Capitulaires, et étaient attribués aux Princes, sous le règne desquels elles avaient été publiées. Nous ne devons pas être surpris de la grande autorité, qu'eurent ces Capitulaires par toute la France puisqu'ils avaient été faits, comme nous avons remarqué, dans les Conciles du consentement des Évêques, qu'ils étaient tirés du Code des Canons, et qu'ils étaient soutenus de l'Autorité Apostolique et de l'Impériale. »

[1] Thomassinus, de vet. et nov. Eccl. discipl. par. 2. lib. 3. cap. 100.

[2] Quo ad Germaniam hac de re audire juvat clarissimum Pistorozzi ita scribentem: « Alle ordinazioni de' Canoni e delle Sacre Constituzioni sommessa la Germania, ha conservato il nostro Asilo. Le Decretali dei Pontefici sopra l' Immunità, e il nome di questa Congregazione sono cose notissime nella Germania. Nel Ricci, *Synopsis Decretorum Congregationis Immunitatis*, sotto le parole *Archiepiscopus Metropolitanus* si legge la Causa Constanzienze del 1664; sotto la parola *Bullae* vi è la Causa Salisburg. del 1702 sopra l'osservanza della Bolla Gregoriana. Sotto le parole *Extractio Confugitorum* vi è la Causa Colonien. del 1697. »

laum V. Papam Saxones consuluissent de variis disciplinae dubiis; quoad Asyla responsum ab eo est, Latrones publicos immunitatis hujus spe dejiciendos esse; ea vero gaudere domum Parochi et aream circumjacentem, si sita illa esset intra quadraginta passus majoris Ecclesiae, vel triginta, minoris.

In Hispania assentiebantur Leges Visigothae (prosequitur Thomassinus) ut homicidae in Ecclesiam confugientes, cognatis ejus, quem occidissent, permitterentur: *ut excepto mortis periculo quidquid de eo facere voluerint, licentiam habeant.* Si qui aere alieno gravati ad Ecclesiam confugissent, *iis*, praesentibus Praesbyteris, et Diaconis, dies deligendus erat, quo nomina sua expungerent omnia, tum discedere jubebantur; nec creditoribus fas est, eos aut comprehendere, aut divexare. Henrycus Castellae Rex ad Pium II. Papam conquestus est de dissidiis perpetuis inter Episcopos et Magistratus Regni sui, super censuris Ecclesiasticis ad asylorum immunitatem tuendam undique perstrepentibus. Delegatus est a Papa Archiepiscopus Hispalensis, qui de his cognosceret [1].

[1] De Hispania quoad immunitatem sic loquitur Pistorozzi, cit. loc. « La Spagna, in materia d'immunità, ha sempre osservato i sacri Canoni difesi validamente dalle Leggi di que' Principi; la Spagna ha formato ne' suoi Concilj più Canoni uniformi alla disciplina di tutta la Chiesa intorno alla Sacra Immunità. Per quanto si alleghino fatti d'uomini, che non son molti, i quali abbiano dispregiato il sacro asilo, non se gli reca verun pregiudizio, perchè la violazione della Legge non distrugge la Legge... In Ispagna sono cose notissime, alle quali colà si è sempre venerazione ed obbedienza prestato, le Costituzioni Apostoliche, i Sacri Canoni, e la Congregazione sopra l'Immunità. Leggete il Libro del Ricci e troverete sotto la parola *Absolutio* lo Cause Abul. del 1688. Barchinon. del 1678.

Ambigi non potest, quin jus asyli in Anglia sacrosanctum haberetur. Inter leges quae promulgatae feruntur a S. Eduardo Angliae Rege, et a Willelmo Notho confirmatae, illa radiat, qua asyli jus ad vestibulum Ecclesiae porrigitur imo et ad domum Parochi, domuique circumpositam aream, dum fundo Ecclesiae inaedificata sit domus [1].

Quid vero de Romanis Pontificibus dicam? Profecto Romani Pontifices perpendentes debitum, quo obstringebantur, Ecclesiarum, Sacrorumque locorum immunitatem sartam, tectam, inviolatamque ubique custodiendi inter graviores Apostolici Ministerii curas merito recenseri, rationes ac media expendere non omisere, quibus ipsa immunitas in pristinum venerationis et reverentiae locum restitui posset, ac in omnibus orbis catholici regionibus ita observaretur, quemadmodum prisca Majorum disciplina et vetus Canonicarum sanctionum norma praescripsit [2].

Hinc Nicolaus I. Pontifex in responsione ad quaesitum 95 inter ea, quae ipsi a Bulgaris proposita fuerunt, Ecclesiae Romanae disciplinam, tunc temporis vigentem, populis illis recens ad fidem conversis exponens [3] ita rescripsit: « Quid de his agendum decernimus, qui pro quibuscumque culpis ad Ecclesiam fugiunt, requiritis; sed quamvis ea Sacri Canones, quae Leges mundanae sanciunt,

Sotto le parole *Absolutionem exempla* vedrete la Causa Placentina Hispaniae del 1669. Sotto le parole *accessus ad urbem* riconoscerete nell'anno 1677 la Causa Barcinon. ecc. »

[1] Thomass., de veter. et nov. Eccl. discipl., par. 2. lib. 3. cap. 100.

[2] Benedictus XIII. Constit. *Ex quo*.

[3] Vide Tom. VIII. Collect. Concil. Labbaei, impressionis Parisiensis, col. 546.

custodienda flagitent, et leges contra quosdam immisericordes appareant; nos tamen, si quispiam ad Ecclesiam fugerit, non illum nisi sua voluerit sponte, ab ea dicimus educendum. Denique si quondam latrones diversorum criminum rei ad asylum templum Domini fugientes indemnitatem consequebantur; quanto potius hi, qui ad templum Christi confugium faciunt; delictorum remissionem suorum adipisci debent; et jam sibi a suscepto juramento praestito omnino pristinae securitati restitui? [1] »

Innocentius III. interrogatus a Rege non Scotiae sed Conntiae, ut referunt Giraldus et Gonzalez, quid de illis fieri deberet, qui maleficia perpetrantes confugiunt ad Ecclesiam, ut pro reverentia sacri loci debitas vitare queant poenas, respondit: homines ingenuos, qui ad Ecclesiam confugissent, inde vi abstrahi non posse, nisi certa fides Ecclesiae fieret, nec in vitam nec in membra soevitum iri; exceptio tamen fit latronum et depraedatorum publicorum, qui extrahi possunt Ecclesiis, minime desponsa impunitate. Servus Domino restituendus est, condonata ab eo culpa: fatetur denique Pontifex responsa haec sua canonicis civilibusque institutis accommodata esse: *juxta sacrorum statuta canonum et traditiones Legum Civilium* [2].

[1] Vide Bened. XIV. De Syn. Dioec., lib. 13, cap. 18. n. XIII.

[2] Innocentius III. respondit; ut habetur Decretal. Gregorii IX. lib. 3. tit. XLIX. « Talis quaestionibus respondentes juxta sacrorum Canonum statuta et traditiones Legum Civilium, ita duximus distinguendum, quod fugiens ad Ecclesiam, aut liber aut servus existit. Si liber est, quantumcumque gravia maleficia perpetrarit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortem, vel ad poenam; sed Rectores Ecclesiarum, sibi obtinere debent membra et vitam. Super hoc

Sed jam venio ad Gregorium IX. Expendamus quid hic Summus Pontifex hac de re decreverit. Gregorius IX. in Decretali Astoricensi Episcopo scripta haec habet: « Ecclesiae, in qua divina mysteria celebrantur, licet adhuc non extiterit consecrata, nullo jure privilegium immunitatis adimitur; quia obsequiis divinis dedicata, nullius est temerariis ausibus profananda. »

Accessere deinde circa asylum Constitutiones Gregorii XIV., Benedicti XIII., Benedicti XIV., aliorumque Romanorum Pontificum, de quibus infra agemus. Audiatur Leo XII. qui, postquam declaravit nostro erga Deum obsequio consentaneum esse . . . . post perpetratum crimen ad sacras Edes confugientes tutos velle et incolumes, ab iisdemque veluti Numinis brachio tectis vim animadversionis sive privatae, sive publicae propulsare, sic prosequitur: « *Quod juris voce ipsa ac sensu Religionis conditum*, legumque sacrarum, ac civilium sanctione ut primum deferbuit adversa naviculae christianae procella, Dei Optimi Maximi templis tributum, diligentissimeque retentum, deinceps ad ea etiam loca traductum est, quae vel propter usum, cui sunt addicta, vel propter eorum, qui

tamen, quod inique fecit, est alias legitime puniendus; et hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui dum itinera frequentat, vel publicas stratas obsidet agressionis insidiis, ab Ecclesia extrahi potest, impunitate non praestita, secundum Canonicas sanctiones. Si vero servus fuerit, qui confugerit ad Ecclesiam, postquam de impunitate sua dominus ejus Clericis juramentum praestiterit, ad servitium Domini sui redire compellitur, etiam invitus; alioquin a Domino poterit occupari ».

illic habitant dignitatem aeque propemodum inviolata, ac sancta habenda esse videantur [1] ».

Jure ergo meritoque Aloysius Assemanus [2] scribebat; confugia ad loca sacra Deo specialiter dicata ex ipso religionis sensu intime impresso hominibus, originem suam trahere. « Quemadmodum enim homines, natura duce, in periculis constituti Deum invocant; sic et in iisdem periculis ad Domum Dei confugiunt, sperantes ab hominibus inde se non extrahendos, qui divinum venerantur numen, domumque illam, Dei esse confitentur, ac in reverentia et honore habent: hoc siquidem confugio se ab hominum ditione et potestate erui, ac in ditionem potestatemque constitui divinam arbitrantur [3] ».

[1] Leo XII. Brev. an. 1826. 20 junii incip. *Obsequio erga Deum.*

[2] Assemanus, de Ecclesiis, art. VIII.

[3] Unde repetendum sit asyli jus declarat clariss. Scotti ita scribens: « Il diritto dell' asilo, nasce dall' intimo senso di religione, che spinge l' uomo a venerare i sacri luoghi, a non profanarli con atti di violenza, a non lordarli di sangue umano, e a non lasciar delusi coloro, che dalle voci della natura instruiti della santità inviolabile di que' luoghi, vi cercano un rifugio ». (Scotti, Teoremi di Polit. Crist., vol. 2. par. IV. teor. IX.)

CAPUT II.

NONNULLA SARPII, ET CUJUSDAM SCRIPTORIS ANONYMI, ALIORUMQUE CIRCA ASYLUM OBJECTA SOLVUNTUR.

ART. 1.

Sarpius hac de re refutatur.

Sarpius objicit Deum in veteri testamento nullam concessisse immunitatem iis delictis, quae volenti animo committuntur: locum esse in sacris literis, quo Deus praecipit, ut homicida, qui consulto hominem occiderit, a sacra ara abstrahatur, ut capitali afficiatur supplicio: at nullum esse in sacris literis exemplum alicujus, qui ad sacram confugerit aram post perpetratum facinus, nisi Joab qui Salomonis jussu ibidem confossus fuit; quod majus etiam est, quam extrahi, ut alibi securi percutiatur. Idem Sarpius asserit, Templum immunitatis privilegio insignitum nullibi scriptum esse: Athaliam, quae vi regnum occupaverat, vi quoque ab ipso templo avulsam et peremptam fuisse. Addit Christum Jesum Dominum Nostrum, qui ejusdem Templi sanctitatis studio singulari actione mercatores ex ipso ejicere voluit, nunquam tamen reprehendisse reorum prehensiones, quae ibidem fierent. Ex Evangelio constare asserit, missos aliquando fuisse Lictores, ut Jesum ipsum in Templo apprehensum sisterent, quod etiam praestare tentarunt. Demum Petrum et Joannem cum orarent in Templo, ibi quoque prehensos fuisse

affirmat, et in carceres trusos, sicut etiam Apostoli cuncti iterum in eodem Templo prehensi et in carcerem missi fuerunt. Haec Sarpius [1].

[1] Bossuet agens de Burnet, qui adversus Ecclesiam Romanam auctoritate Sarpii utebatur, sic ait: « *Illusion de M. Burnet sur Fra-Paolo.* On se doit bien garder de croire notre historien en ce qu'il prononce touchant ce Concile sur la foi de Fra-Paolo, qui n'en est pas tant l'historien que l'ennemi déclaré. M. Burnet fait semblant de croire que cet auteur doit être pour les catholiques au-dessus de tout reproche, parce qu'*il est de leur parti*; et c'est le commun artifice de tous les protestans. Mais ils savent bien en leur conscience, que ce Fra-Paolo, qui faisait semblant d'être des nôtres, n'était en effet qu'un protestant habillé en moine. Personne ne le connaît mieux que M. Burnet, qui nous le vante. Lui qui le donne dans son histoire de la réformation pour un auteur de notre parti, nous le fait voir dans un autre livre, qu'on vient de traduire en notre langue, comme un protestant caché, qui regardait *la liturgie anglicane comme son modèle*; qui à l'occasion des troubles arrivés entre Paul V. et la République à une entière séparation, non seulement de la Cour, mais encore de l'Église de Rome; *qui se croyait dans une Église corrompue, et dans une communion idolâtre, où il ne laissait pas de demeurer*; *qui écoutait les confessions, qui disait la messe, et adoucissait les reproches de sa conscience en omettant une grande partie du canon, et en gardant le silence dans les parties de l'office, qui étaient contre sa conscience.* Voilà ce qu'écrit M. Burnet dans la Vie de Guillaume Bedelle, évêque protestant de Kilmore en Hollande, qui s'était trouvé à Venise dans le temps du démêlé, et à qui Fra-Paolo avait ouvert son cœur. Je n'ai pas besoin de parler des lettres de cet auteur, toutes protestantes, qu'on avait dans toutes les bibliothèques et que Genève a enfin rendues publiques. Je ne parle à M. Burnet que de ce qu'il écrivait lui-même, pendant qu'il comptait parmi nos auteurs Fra-Paolo, protestant sous un froc, qui disait la Messe sans y croire, et qui demeurait dans une Église, dont le culte lui paraissait une idolâtrie. (Bossuet, Hist. des Variat., lib. 7, n. CIX.) — « Le portrait que nous ont laissé de Fra-Paolo les catholiques et les protestans, ne ressemble point à celui que le sieur Le-Courayer vient de tracer : tous l'ont peint avec des couleurs bien différentes; l'artifice, le déguisement, l'hypocrisie sont les principaux traits du tableau. Ses lettres particulières d'ailleurs ne laissent aucune ressource à ses défenseurs; non seulement le protestant s'y

Non infieiamur homicidio voluntario in lege veteri locum asyli non fuisse [1]. Ast homicidio involuntario seu per industriam minime patrato asyli locum fuisse in veteri Lege nemo negaverit: Deus enim [2] urbes refugii constitui praecepit. Lex ergo Divina positiva homicidia voluntaria et ex industria patrata ae per insidias puniri voluit, neque hujusmodi homieidas asyli privilegio donari. Id ipsum humana praeeipiebatur lege, ut in Justiniani lege habetur: reverentia enim Ecclesiis debita, Religio erga Deum minime postulant, ut hujusmodi homines hoc beneficio gaudeant, quod in Soeietatis et Reipublieae destruetionem et in saerorum locorum dedeeus eederet. Voluit quidem Deus Civitates Refugii destinare pro innocentibus vel delinquentibus *sine malitia*, ut ita dieam, et quidem ab Altari Templo, et Tabernaeulo distinetas, quo scilicet confugarum multitudini utilitatique prospieeret, et ne frequenti horum numero Templi sanctitas violaretur, neve publiea Judaieae Religionis officia interturbarentur. Ceterum quod ipsi etiam delinquentes in Tabernaeulo et Templo confugae tutum haberent asylum ex libro Exodi colligitur [3]. Si enim ab Altari evellendus dieitur, qui per insidias et industriam proximum suum occidisset, consequitur 1.° quod Hebraei delinquentes confugerent ad Templum et Taberna-

montre à découvert, mais le protestant, qui l'est tout à la fois par goût, par haine, par intérêt, par ambition, et qui l'est jusqu'à la fureur. » (Instruction Pastorale et Ordonnance de Monseigneur l'Archevêque Prince d'Embrun: première partie, pag. 8).

[1] Exod., cap. XXI.

[2] Numer., XXXV.

[3] Exod., cap. IV.

culum: 2.° quod confugae omnes iis dumtaxat exceptis, qui per insidias, vel per industriam occidissent, ab altari evellendi non erant [1]. Fateor criminum laesae Majestatis reos tutum Asylum in Templo non habuisse, quales certe fuerunt Joabus [2] et Adonias: Rei siquidem hujusmodi criminum vel nolentes extrahi debebant; neque enim in templo occidi poterant [3]. Hinc praecepit Jojada (Sacerdos) Centurionibus et ait eis: « Educite eam (Athaliam matrem Ochoziae) extra septa Templi, et quicumque eam secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim Sacerdos: non moriatur in templo Domini. Imposueruntque ei manus, et impegerunt eam per viam introitus equorum juxta palatium; et interfecta est ibi [4] ».

[1] Assemanus, *Animadversio in disc. de Asylo Eccl.* Florentin. edit., an. 1763, cap. I.

[2] « Assunto al trono Salomone (verba sunt clariss. Pistorozzi), Gioabbo si rifugiò presso l'altare: è vero, che Salomone ordinò a Bajanasso che l'uccidesse; ma è altresì vero, che Gioabbo non si sarebbe ricovrato all'altare, se non avesse creduto esservi colà il rifugio . . . . ma perchè vi era l'ordinazione di Dio che il reo di omicidio insidioso e volontario dovesse strapparsi dall'altare *ut moriatur*, Salomone giudicò non godere Gioabbo dell'asilo; interpretò che ivi dovesse morire stante il precetto divino di strapparlo dall'altare come reo di questo delitto, essendo egli ostinato a non voler sortire, e minacciando in aria di nemico ed in istato di guerra e non di supplice di voler ivi piuttosto morire: queste parole molto significano in bocca di Gioabbo, il quale non ebbe difficoltà di uccidere Assalonne figliuolo di David contro il divieto reale. »

[3] Reg., lib. 3., cap. XI, v. XV.

[4] De Athalia ita scribit Pistorozzi: « Nè Atalia nè quegli i quali dubitavasi potessero entrare nel tempio a disturbare la coronazione di Joas, erano supplici, o gente, che ricorresse al tempio per asilo; sicchè quanto ordinò Jojada sacerdote intorno ad Atalia ed a costoro non può provare che allora non fosse in uso!..... Atalia e tutti gli altri, i quali dubitavasi potessero disturbare la funzione, non erano considerati quai supplici, ma

Falluntur autem qui ea Domini verba: *Domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum*: sic detorquent, ut omnes ab Ecclesiastico Asylo exclusos arbitrentur [1].

[1] Innocentius IV. Decret. relat. in cap. 1. *Pro humani* tit. de homicid. in 6. Hoc hominum genus in Syria versabatur, qui alterius jussu quemlibet necabant, testibus Raphaele Volaterrano lib. 10 atque Emilio, qui Arsacem Sicariorum Principem, accepta magna pecunia, nonnullos ex ipsis misisse testatur, qui S. Ludovicum Galliarum regem obtruncarent. Illorum operam fideles etiam adhibuerunt, atque de ipsis agit Innocentius IV. cap. *Pro humani* de homicidio in 6 ubi cum his verbis usus fuerit « Sit etiam .... tamquam Christianae Religionis aemulus, a toto Christiano populo perpetuo diffidatus ». Per hanc sententiam, inquit Benedictus XIV. asylum recusari Interpretes declararunt, factumque est, ut sacro loco sicarii immunes non haberentur. Benedictus XIV. Institut. Eccles. 41.

[2] Benedictus XIII. Constitut. *Ex quo*.

[3] Benedictus XIV. Instit. Eccles. 41. Giraldus, cit. loc.

[4] Gregorius XIV. Constit. *Cum alias*.

[5] Vide Gregor. XIV. Constit. *Cum alias*, § 3. Joannem XXII. Constit. *Ex parte*. Giraldum, t. I. sect. 635. Benedictus XIV. Instit. Ecclesiast. 41. § 3.

9.° Judaei post jam susceptam christianam religionem ab ea patenter, aut verisimilibus indiciis apostatantes [1].

10.° Falsificantes literas apostolicas [2].

11.° Conflantes, adulterantes, vel detondentes quascumque monetas aureas vel argenteas, etiam Principum exterorum, quotiescumque in loco aut provincia, ubi crimen admittitur, liberum habeant usum; et commercium [3].

12.° Praesumentes easdem monetas conflatas, adulteratas, aut detonsas scienter ita expendere, et erogare, ut fraudis conscii atque participes censeri possint [4].

13.° Ministri Montis Pietatis vel alterius publici Telonii aut Banci, pro depositis Principis, privatarumque Personarum destinati, furtum, aut falsitatem in praedictis locis committentes, cujus ratione arca pecuniaria ita minuatur, ut poenae ordinariae locus sit [5].

14.° Illi, qui sub nomine Curiae sese introducunt in alias domos animo ibidem perpetrandi rapinas, easque reipsa committunt cum homicidio aut mutilatione membrorum alicujus ex domesticis earundem aedium, vel etiam extranei, quem ibi forte reperiri contigerit, dummodo homicidium vel membrorum mutilatio sequatur [6].

15.° Qui confugientibus vim inferunt, atque ipsos ab

[1] Giraldus, tom. 1. sect. 635.

[2] Benedictus XIII. Constit. *Ex quo*, § 6, haec habet: « Excludimus, repellimus, atque privamus ejusdem Immunitatis privilegio falsificantes literas Apostolicas. »

[3] Benedictus XIII. Constit. *Ex quo*. Giraldus, t. 1. sect. 635.

[4] Benedictus XIII. cit. Constit.

[5] Benedictus XIII. Constit. *Ex quo*.

[6] Benedictus XIII. cit. Constit. Giraldus, tom. 1. sect. 635.

Ecclesiis, aliove loco immuni violenter extrahunt, et abducunt [1]. Declarat autem Benedictus XIII. [2] hujusmodi reos tam in hoc, quam in aliis tribus casibus recensitis n. 4: « non illius tantum Ecclesiae quam violarunt, sed cujuscumque etiam alterius Ecclesiae immunitate gaudere nequaquam posse, aut debere [3]. »

Adnotat Giraldus, addita in citata Constitutione Clementis XII., sanctionibus Juris Communis Gregorianae et Benedictinae Constitutionum ultra fines temporalis dominii Apostolicae Sedis non extendi; quae tamen deinde per particularia Brevia extensa sunt ad diversa alia dominia a Benedicto XIV., et signanter ad totum dominium Regis Sardiniae, ut idem Pontifex refert [4].

Benedictus XIV. docet, praeter ea scelera, quibus omnis immunitas jure negatur, si cetera quoque gravia sint, vel saepius admittantur, tunc Summi Pontificis vel Sacrae Congregationis auctoritate interposita, in carceres Ecclesiastici Judicis ex loco immuni reos posse detrudi *nomine Ecclesiae*, causaque ipsorum cognita, poenam constitui, non quidem

[1] Benedictus XIII. Constit. *Ex quo.*

[2] Benedictus XIII. ibid., § 4.

[3] Benedictus XIV. decrevit in numero transgressorum hujusmodi eos etiam esse et censeri, qui in spretum Ecclesiasticae auctoritatis et canonicarum sanctionum praescripto ad Superiores Ecclesiasticos recursu post habito, Ecclesias et loca immunia obsidere praesumunt, ac impediendo, ne ad illos, qui sacro confugio se tuentur, alimenta deferantur, sive aliter eosdem in Curiae saecularis potestatem sese dedere cogunt, et declaravit ipsos praeter alias poenas et censuras omni beneficio ac privilegio ecclesiastici confugii et asyli indignos, ac privatos (Benedictus XIV. Constit. *Officii Nostri*).

[4] Benedictus XIV. Constit. *Officii Nostri*, § 4. *Cum autem.* Vid. Giraldum, *Exposit. Juris Pontif.*, tom. 1. sect. 635.

pro sceleris ratione et gravitate; sed aliam extra legis ordinem benigniorem, ut simul justitia in reos administretur, et Ecclesiae ratio quaedam ducatur [1].

CAPUT V.

QUAENAM LOCA JURE ASYLI GAUDEANT.

Jure Asyli gaudent omnes Ecclesiae auctoritate Episcopi erectae, etsi nondum consecratae [2]; Ecclesia etiam diruta hac immunitate gaudet, si superioris licentia diruta non sit illamque iterum reaedificandi spes adsit [3].

Ecclesias quoque pollutas Ecclesiasque etiam interdictas hac immunitate gaudere, Canonistae tradunt [4].

Hujusmodi privilegium ad quaecumque etiam oratoria extendi constat Episcopi auctoritate ubicumque constructa, non autem in domibus privatorum erecta, quamvis ex Papae licentia, ibi Missae celebrentur [5].

[1] Benedictus XIV., Instit. Eccles. 41. § 9. n. 33.

[2] Cap. IX. *de Immunit. Eccles.*; Zallinger, lib. 3. Decret., tit. 49; Schmalzgrueber, *Jur. Eccl.*, par. 5. tit. 49. — Ecclesia dummodo sit fundata auctoritate Ordinarii gaudet Immunitate Ecclesiastica, etiamsi non fuerit benedicta (In Anconitana 19 junii 1635. Schmalzgrueber, loc. cit. Huth, lib. 3. Decret., tit. 49).

[3] Gambacurt., *De Immunit.*, lib. 4. cap. 2. Ventriglia, tom. 2. annot. 23. § 1. n. 4. Barbosa, *Juris Eccles. univ.*, lib. 2. cap. 3. n. 62. Huth, lib. 3, tit. 49.

[4] Fagnan., in cap. Ecclesiae 9. *De Immunitate Ecclesiae.* Ventriglia, loc. cit. Begnudellus, Barbosa, Gonzalez in cap. Ecclesiae, Maschat, lib. 3. tit. 49. n. 14. Huth, Zoesius, eod. tit. Schmalzgrueber, *Jur. Eccl.*, p. 5. tit. 49. Pirhing, lib. 3. Decretal., tit. 49. n. 3. Engel, ibi, n. 11.

[5] Sacra Congregatio Immunit. In Perusina 9 novemb. 1631. Giraldus, tom. 1. sect. 637. Pax Jordanus lib. 11. tit. 3. n. 198.

Extenditur hoc privilegium ad Turres Campanarias inservientes Ecclesiae, dissitas tamen intra triginta passus [1], nec non ad locum, in quo construenda est Ecclesia, primo lapide solemniter injecto [2].

Coemeterium immunitate gaudet etiamsi ab Ecclesia separatum, dummodo Episcopi auctoritate sit designatum [3].

Immunitate gaudent Monasteria et Conventus [4]. Constat etiam omnia loca religiosa, ut Seminaria, Hospitalia, Nosocomia, Orphanotrophia et hujusmodi, Episcopi auctoritate erecta, asyli immunitate gaudere [5].

Capella carcerum vel carceribus contigua immunitate

[1] Decret. S. C. Immun. 7 septembr. 1632.

[2] In Januens. 5 octobr. 1688. Giraldus, cit. loc. Sacra Congregatio Immunitatis in Spoletana 7 februarii 1630, et in Camerin. 3 aprilis 1635, et in Derthonen. 9 septembr. 1670 declaravit porticum Ecclesiae immunitate gaudere. Pignatellus, consult. 171. t. 1. Immunitate gaudet atrium cap. *Si quis contumax* 20, et cap. *Id constituimus* 36. caus. 17. q. 4. Pirhing, lib. 3. tit. 49. n. 3. Zallinger, eod. tit. Gonzalez in cap. Ecclesiae *De Immunit.* Fagnanus ibid. Schmalzgrueber, cit. loc. Immunitate gaudent scalae exteriores Ecclesiae. Suarez, tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 11. Leurenius, lib. 3. tit. 49. q. 1012. Begnudellus, v. *Immunitas*, n. 22. Immunitate gaudent fores seu portae Ecclesiae saltem manu tactae et apprehensae, cum clausae reperiuntur, Suarez loc. cit. lib. 3. cap. 9. Barbosa, Pignatellus, tom. 6. consult. 4. n. 81. Covar., lib. 2. var. cap. 20. Pichler, lib. 3. tit. 49. Schmalzgrueber, cit. loc.

[3] Cap. v. *de Immunit. Eccles.* Fagnanus, in cap. IX. *de Immunit. Eccl.* Zallinger, lib. 3. Decret. tit. 49. Zoesius, eod. tit. n. 10. Begnudellus, v. *Immunitas*, n. 26. Ventriglia, t. 2. annot. 23. § 1. n. 10.

[4] Cap. *Quisquis* 21. caus. 17. q. 4. Gregorius XIV. Constit. *Cum alias*, Fagnanus in cap. IX. *de Immunit. Eccl.* Ventriglia, tom. 2. annot. 23. § 1. n. 16.

[5] Arg. cap. IV. et IX. *de Relig. Domib.* Leurenius, lib. 3. tit. 49. Begnudellus, v. *Immunitas*.

minime gaudet, quemadmodum Sacra Congregatio declaravit [1].

Quando Capella existens in Palatio Gubernatoris est perpetua et invariabilis, confugientes ad eam gaudent Immunitate; secus, si sit variabilis et non perpetua, uti a Sacra Congregatione declaratum fuit [2].

Domus Parochialis gaudet immunitate [3], etiamsi ab Ecclesia distans, modo non sit locata et inhabitata a laicis [4]. Attamen distans ab Ecclesia Parochiali spatio circiter tertiae partis milliarii immunitate haud gaudet [5].

Domus autem, quae a Parocho habitatur, sed non est Parochialis, idest de pertinentia Parochiae, Immunitate non gaudet [6]. Domunculam pariter de juribus Ecclesiae Parochialis, ab ea tamen, et a domo Parochiali circa triginta passus dissitam, quae solum pro usu, et servitio Parochi inservit, immunitate minime gaudere Sacra declaravit Congregatio [7].

[1] S. Congr. Immunit. in Tudert. 12 junii 1663. Pignatelius, t. 1. consult. 471.

Capella contigua, ut dicitur, *al corpo di guardia*, erecta, ut milites ibi degentes audiant Missam, maxime diebus festivis permittitur declarari non esse locum immunem. S. Congr. Immun. 16 febr. 1683. — Riccius, v. *Capella*.

[2] Decret. S. C. Immunit. in Tudert. 7 maji 1658. Capella privati Palatii regulariter non gaudet immunitate. Tudertin. 4 junii 1663. Riccius, v. *Capella*.

[3] S. C. Imm. 25 febr. 1698.

[4] S. C. Imm. 17 novembr. 1654.

[5] S. C. Imm. Casteli. 4 julii 1673.

[6] Decret. S. Congregat. Immunit. In Alatrin. 5 maji 1699.

[7] Sacra Congreg. Immun. in feretrana 27 julii 1683. Vide Riccium v. *Domus Parochialis*.

Juxta Sacrae Congregationis resolutiones Palatium mensae Episcopalis etiam extra Dioecesim situm immunitate gaudet, ac si esset propria in Dioecesi pro tempore, quo Episcopus illud inhabitat [1].

Palatium Episcopi conductum pro sua habitatione Episcopali etiam immunitate gaudere explorati juris est [2]. Palatium tamen conductum ab Episcopo in propria Dioecesi pro propria habitatione, in quo etiam habitat Dominus ejusdem Palatii immunitate gaudet tantum quoad portionem Episcopi suaeque familiae [3]. Palatia autem ruralia Episcoporum in locis eorum Dioecesis et ab ipsis interpolate, seu recreationis gratia habitata, et quae ob eorum affictuariis continuo habitantur, Ecclesiastica non gaudent Immunitate [4].

Cum ex Indulgentia Juris Communis Palatium Episcopi jure asyli gaudeat [5], etiamsi ultra quadraginta passus ab Ecclesia cathedrali distet, aut etiam pro ipsius habitatione conductum sit, siculi et domus, in qua visitationis tempore commoratur, quemadmodum S. Congregatio Immunitatis declaravit [6], Remigius Maschat [7] sentit, probabiliter

[1] Sacra Congreg. Immunitat. 8 julii 1670. Apothecae sitae sub Palatio Episcopali in Platea Ecclesiae Cathedralis Laicis locatae non gaudent Immunitate Ecclesiastica, Narniens. 28 febr. 1662. Riccius v. *Apotheca*.

[2] Decret. S. Congregat. Immunit. In Aquinat. 19 novembr. 1666.

[3] Decret. S. C. Immun. In Sagonen. 8 julii 1692.

[4] S. C. Imm. Civitatis Plebis 2 septembris 1681. Vide Riccium, v. *Palatium*.

[5] Canon. 36. *Id constituimus* caus. 17. q. 4.

[6] S. Congr. Immunit. In Aquitan. 19 novembr. 1666. et in Comen. 25 febr. 1698.

[7] Remigius Maschat, lib. 3. Decretal. tit. 49.

eodem jure palatium Episcopi Titularis gaudere. A Fagnano [1] idem Privilegium etiam ad Palatia Praelatorum inferiorum, quasi Episcopalem Jurisdictionem habentium extenditur, si ita se habeat consuetudo, sicut et ex communi consuetudine ad Palatia Cardinalium, extra urbem tamen; siquidem intra eam ab hoc privilegio expresse excluduntur [2]. Excipiendum tamen arbitratur Maschat Palatium Cardinalium, si suarum Ecclesiarum titulis adhaereat. Quamvis autem in aliquibus Canonibus statuatur [3], privilegium asyli ad quadraginta passus extendi, vel, ut alii legunt, ad sexaginta ab Ecclesia Cathedrali, ab Inferiori vero triginta; hodie tamen, inquit Giraldus, immunitatem talis spatii recessisse ab aula asserit Cardinalis de Luca, et solum vigere probat Pignatellus [4] ubi consuetudo adest [5].

CAPUT VI.

QUINAM SINT HUJUS LOCALIS IMMUNITATIS EFFECTUS.

Hujus localis immunitatis effectus sunt privilegia, quibus rei ad sacra loca confugientes gaudent [6]. Rei autem in locis

[1] In cap. IX. de Immunit. Eccl.

[2] Julius III. Constitut. *Cum Civitates* confirmata a Pio IV. Constitut. *Inter caeteras*, a Gregorio XIII. Constit. *Et ipsa ratio*: et a Syxto V. Constit. *Hoc nostri.*

[3] In Canon. 36. *Id Constituimus*, et canon. VI. *sicut antiquitus*, caus. 17. q. IV.

[4] Pignatellus, tom. 1. Consult. 436.

[5] Decret. S. Congregat. Immunit. 17 julii 1665.

[6] Schmalzgrueber.

sacris, ad quae confugiunt, recipi debent, nec inde repelli aut excludi possunt [1]. Insuper a loco asyli reus per vim extrahi aut abstrahi nequit, nisi ab ipso crimen exceptum perpetratum fuerit [2].

In casibus non exceptis non est licita Episcopo extractio absque facultate Apostolica, et sic extracti Ecclesiae restitui debent [3]. Etiamsi sponte exire ac permittere valeat, ut egressus capiatur [4] cum tunc nec ipsi nec Ecclesiae injuria fiat; nihilominus consentire nequit, ut in Ecclesia capiatur, aut ex

[1] Cap. 6. *De Immunitat. Eccl.* et Arg. L. 2 et 3. L. 6 Cod. *De his qui ad Ecclesias confugiunt.* Reiffenstuel lib. 3. tit. 49. n. 156. Pignatellus tom. 2. consult. 4.

[2] Can. *Definivit* 35. caus. 17. q. 4. L. 2. Cod. *De his qui ad Eccles. confug.* Fagnanus in cap. *Inter alias* de Immunitat. Maschat lib. 3. tit. 49. n. 24.

[3] Decret. S. Congreg. Immunitat. *In Brundusina* die 24 augusti 1694. vid. Riccium v. *Extractio.* Riccius v. *Decoctor* sequentes affert S. Congregationis Declarationes « 1. Episcopus non potest extrahere decoctores cum non sint de exceptis in Bulla Gregorii XIV. » Panormitana 21 januarii 1626. « 2. Sacra Congregatio tribuit Archiepiscopo facultatem praefigendi confugito dolose decocto congruum tempus, intra quod vel solvat, vel concordet cum creditoribus et quatenus neutrum exequatur, attentis gravissimis circumstantiis in isto casu concurrentibus ejiciendi a dicto loco immuni et extrahendi libros ac res ad eumdem pertinentes ». In Avenionensi 14 septembris 1694. « Deinde attentis praedictis circumstantiis datur facultas illum extrahendi ad formam Bullae et retinendi in carceribus Ecclesiae, nomine S. Congregationis, nec non perquirendi et extrahendi res in forma ». Ibid. « Mercatori fraudolenter decocto, annuente Sanctissimo, praefigitur terminus duorum mensium, intra quem recedere debeat a loco immuni, si parti non satisfecerit, vel illam acquiescere non curaverit ». In Militensi 13 decembris 1633. Calac. 21 martii 1634. « Datur Episcopo facultas assecurandi libros decoctoris confugiti, repositos in loco immuni, ad effectum custodiendi, et de iis disponendi, prout de jure ». In Ravennat 3 julii 1694. Riccius v. *Decoctor.*

[4] Farinacius in Append. *De Immunit.* cap. 19.

illa trahatur, ducaturve, neque licita, neque valida est hujusmodi extractio, aut eductio, reo consentiente, peracta[1].

Magistratus saecularis prohibere vel impedire nequit, quominus victus et vestitus, aliaque ad vitam necessaria ad reum deferantur[2].

Res aut bona, quae reus ad Ecclesiam fugiens secum detulit, per vim extrahi aut ei auferri non debent[3]. Hoc autem intelligi debere docet Pirhing de rebus bonisve, quae sine alicujus injuria reus secum defert, vel ibi retinet; nam si res alienas secum ad Ecclesiam detulerit, eae ipsi per vim auferri possunt. Leurenius asserit, probabilius doceri a Peregrino haec a Judice saeculari fieri non posse, nisi de Praelati Ecclesiastici licentia.

Rei, qui ad Ecclesias confugere, in loco sacro custodiri nequeunt[4]. Nihilominus Curia saecularis custodiam extra

[1] Farinacius loc. cit. Pignatellus tom. IX. Consult. 2. n. 29. Pax Jordanus lib. 11. tit. 3. n. 259.

[2] L. 6. Cod. *De his qui ad Ecclesiam confugiunt*: « Nec patimur in « ipsis Ecclesiis reverendis ita quemquam detineri atque constringi, ut ei « aliquid aut victualium, rerum, aut vestis negetur, aut requies ». Pichler lib. 3. Decretal. tit. 49. Engel eod. tit. n. 20. Schmalzgrueber Jur. Eccl. part. 5. tit. 49. n. 269.

[3] C. 6 et c. *Definivit* 35. caus. 17. q. 4. Pax Jordan. lib. 11. tit. 3. n. 257.

[4] Riccius v. *Custodes* sequentes affert S. Congregat. declarationes. « Custodiae confugientibus ad locum immunem sunt removendae, cum non permittantur, et sint contra libertatem Ecclesiasticam ». In Aquinat. 20 augusti 1635. Neapolitana 22 junii 1627. In Regiens 6 julii 1680. Episcopus curet etiam Juris remediis amoveri custodias seu obsides confugitorum ad Ecclesiam. Reatina 5 junii 1694. Apponentes custodiam loco immuni incidunt in censuras comminatas contra violatores Immunitatis Ecclesiasticae, et indigent absolutione. Aprutina 4 octobris 1647. Apponentes compedes, manicas ferreas confugitis in locis immunibus incidunt in censuras. Catac.

locum sacrum ponere potest ad praecavendum, ne libere rei confugiti effugiant, vel ut si extra Ecclesiae, locive immunis fines exierint, facilius capi et puniri queant [1].

Si reus sponte, nullaque cogente causa, asylo egressus sit, privilegium locale ultro deserere videtur [2]. Si autem ex necessitate naturali egressus sit, statim regressurus, asyli privilegio gaudere pergit, ita ut extra Ecclesiam nec capi, nec puniri queat; cum in hujusmodi casu moraliter egressus e loco sacro haud censeatur [3]. Ast hoc intelligendum dumtaxat de spatio xxx. passuum circa Ecclesiam docet Schmalzgrueber [4]. Hinc neque egressum ad opera naturae, quae in se fieri loci sacri reverentia minime patitur, asyli immunitate privari, Leurenius tradit [5].

Benedictus XIV. advertit nullam in jure pontificio legem reperiri, quae immunes eos declaret, qui postquam ad loca sacra perfugerint, longe ab ipsis deinde capiuntur, nisi forte per vim abstrahantur. In Concilio Aurelianensi de illis, qui dolose a sacris asylis deducuntur, mentio habetur: « seu vi, seu dolo abstrahere aut sollicitare, fortasse prae« sumpserit, etc., eo tamen qui abstractus, prius Ecclesiae « restituto ». Id vero Concilium, cum peculiare unius Provinciae fuerit, illius solum terminis concluditur. Insuper

25 septembr. 1653. Riccius v. *Arma* hanc etiam refert S. Congreg. resolutionem. « Non licet Curiae Saeculari auferre arma a Laicis confugientibus ad Ecclesiam et alia loca immunia ». Adjac. 18 martii 1630.

[1] Schmier Jurisprudent Canonico-Civil. lib. 3. tract. 1. part. 3. Pirhing, lib. 3. Decretal. tit. 49.

[2] Gonzalez in cap. *Inter alia.*

[3] Delbene cap. 16. *De Immunitate* dub. 25.

[4] Schmalzgrueber tit. 49. lib. 3. Decretal.

[5] Can. *Definivit*, 35. causa 17. q. IV. Leurenius cit. loc. q. 1038.

exposuit idem Benedictus XIV. etiamsi dolo seducti incolumes esse debeant, nullam in posterum doli suspicionem futuram esse, si publice declaretur, ne a sacris locis longe abscedant nec ullo artificio moveantur, qui ob aliquod scelus ad illas confugerant; aliter, nisi aperta vis intercesserit, doli excusationem, minime profuturam... In hanc sententiam Innocentius III.[1] olim respondit: « Nec obstante « dolo, quo se proponebant fuisse seductos, cum talis do- « lus non tam ad circumventionem praedictorum Cister- « ciensium, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri ». Cum hanc opinionem Congregatio approbasset[2], decretum promulgavit Clementis XI. auctoritate firmatum, quod deinde ad omnes Italiae Episcopos transmissum fuit. In eo statuitur « ut de cetero illae dumtaxat extractiones suffragentur, « quae aut violenter patratae, aut sub fide salvi-conductus « ab aliquo Judice Ordinario, seu Delegato concessi ac sub- « scripti secutae fuerint, qui tamen salvus-conductus suffra- « gari poterit pro tempore tantum in eo praescripto[3]. »

[1] Innocentius III. cap. 1. *Cum dilectus*, De iis *quae vi, metuve etc.*
[2] Decretum S. Congr. Immun. die 22 decembris an. 1716.
[3] Benedictus XIV. Instituł. Eccles. 41. § 9. n. 31.

CAPUT VII.

QUINAM COGNOSCERE, ET DECLARARE VALEANT AN DELICTA PRO QUIBUS INQUISITI AD LOCA IMMUNIA CONFUGERUNT, SINT NEC NE DE GENERE, AC NUMERO EXCEPTORUM.

Soli Episcopi aut eorum Vicarii Generales et non alii Episcopis inferiores, etiamsi Locorum Ordinarii sint, aut nullius Dioecesis, aut Conservatores a Sede Apostolica specialiter vel generaliter deputati, cognoscere et declarare valent, an delicta pro quibus inquisiti ad loca immunia confugerunt, sint nec ne de genere ac numero exceptorum [1].

« Quibuscumque Magistratibus, Officialibus, et Ministris saecularibus, inquit Benedictus XIII. districte interdicimus, ac inhibemus, ne hujusmodi caussis vel conficiendo processus, vel inquisitos extrahendo a locis immunibus, vel declarando crimina ab eis admissa esse de exceptis in Gregoriana aut praesenti Nostra Constitutione, ullo pacto sese ingerant, aut immisceant [2].

[1] Benedictus XIII. Constit. *Ex quo* § 9. Vide Constit. Gregorii XIV. *Cum alias* § 4.

[2] Benedictus XIII. cit. Const. *Ex quo*. Casu quo dubitatur num confuga asylo gaudeat, hujus dubii cognitionem ad Judicem Ecclesiasticum privative pertinere docent Oliva For. Eccles. par. 1. cap. 34. Boerius Decis. 109. Guttier. pract. qq. lib. 3. q. 1. Barbosa lib. 2. Jur. Eccles. cap. 3. Schmalzgrueber Jur. Eccles. par. 5. tit. 49. Ad solum Judicem Ecclesiasticum spectare judicialiter cognoscere et judicare, num reus asylo gaudeat nec ne, si dubium vel controversia ex qualitate personae vel loci oriatur, tradunt Pignatellus Consult. Can. tom. IX. Consult. 22. Peregrinus de Immunit. cap. 13. Barbosa de Offic. et Potestate Episc. par. 2.

« Vicarius Capitularis, inquit Gaudentius de Janua [1], facultate privatur, quae Episcopo tribuitur in Casibus Constitutionis Gregorii XIV. cum cognitionem Sede vacante non ad Vicarium Capitularem, sed ad Episcopum viciniorem spectare decreverit Congregatio [2], qui vicinior exinde et non Vicarius praefatus super rei extractione de loco immuni cognoscere poterit ». Apud Riccium hae quoque leguntur S. Congregationis resolutiones [3]: « Vicarius Capitularis potest et debet procedere pro defensione Immunitatis et Jurisdictionis Ecclesiasticae [4] ». Non habet tamen facultatem, quam habet Episcopus in casibus Bullae Gregorii XIV. super immunitate, ideoque cognitio spectat ad Episcopum viciniorem [5]. « Vicarius Capitularis non potest cognoscere super extractione et violatione Immunitatis Ecclesiasticae, sed hoc spectat ad Episcopum viciniorem [6] ».

Affert etiam Sperellus sententiam S. Congregationis Cardinalium [7] eo quod Gregorius XIV. in sua Bulla hanc causae cognitionem specialiter excepisse videatur, dicendo, quod

alleg. 12. Covarruvias q. 33. Reiffenstuel, Leurenius lib. 3 Decretal. tit. 49. Si autem dubium et controversia sit, an crimen commissum sit de exceptis nec ne, illius disceptationem privative ad Forum Ecclesiasticum pertinere docent Schmier, Jurisprud. Can. Civil. lib. 3. tract. 1. part. 3. cap. 4. sect. 1. Gonzalez in cap. *Inter alia* 6. Barbosa, Guttierez, aliiq. et clare evincitur ex Constit. Gregor. XIV. *Cum alias.*

1 Gaudentius de Janua cap. 5. De Praelat. Ord. Inferior. dub. 13.

2 S. Congreg. 9 novembr. 1650.

3 Riccius v. *Vicarius Capitularis.*

4 Decret. S. Congregat. Immunit. in Mediolanens. 27 aprilis 1652.

5 Decret. ejusd. Congreg. in Vercellen. 9 novembris 1650.

6 Decret. S. Congregat. Immunit. In Regien. 19 novemb. 1641.

7 S. Congreg. Cardinal. 15 februar. 1663.

requiratur expressa licentia Episcopi vel ejus officialis, idest Vicarii Generalis, et ad hos, et non ad alios pertineat [1]. »

Juxta Constitutionem Gregorii XIV. *Cum alias*, confirmatam a Benedicto XIII. Constitutione *Ex quo:* « occurrente casu in loco exempto et nullius Dioecesis, tunc ad Episcopum viciniorem devolvitur haec cognitio et non ad alios [2]. »

CAPUT VIII.

AN ET QUANDO CURIA SÆCULARIS REUM A LOCO IMMUNI EXTRAHERE VALEAT.

Curia saecularis nullimode potest propria auctoritate reos ab Ecclesia, locove immuni in casibus exceptis extrahere [3] sine expressa Episcopi aut ejus Officialis, idest Vicarii Generalis licentia, et cum interventu personae Ecclesiasticae ab eo auctoritatem habentis [4]. Gregorius XIV. [5] excipit casum, quo Episcopus et dictae personae Ecclesiasticae requisitae, reos in delictis superius expressis culpabiles tra-

[1] Vid. Sperellum decis. 31. Reiffenstuel lib. 3. Decret. tit. 49. n. 196.

[2] Gregorius XIV. Constit. *Cum alias* § 4, confirmata a Benedicto XIII. Constitut. *Ex quo*, § 9.

[3] Gregorius XIV. Constitut. *Cum alias* § 4, et Benedictus XIII. Constit. *Ex quo*, § 9. Begnudellus, v. *Immunitas*.

[4] Gregorius XIV. ead. Constit. *Cum alias*, § 4. Fagnanus, in caput *Inter alia*, n. 97. M. Anton. Genuensis prax. c. 18. Riccius, par. 5. Collect. 1797. Mattheucc., *Offic. Cur. Eccles.*, cap. 24. Wiestner, n. 137. Schmalzgrueber, *Jur. Eccles.*, part. 5. tit. 49. n. 307. Pax Jordan., lib. 11. tit. 3. n. 291.

[5] Gregorius XIV. Constitut. *Cum alias*.

dere, aut capturae et carcerationi intervenire et assistere recusarint. En ipsius Gregorii XIV. verba: « Declaramus « ut Curia saecularis ejusque Judices et Officiales ab Ec- « clesiis, Monasteriis, locisque sacris praedictis, laicum « aliquem delinquentem in nullo ex casibus supradictis, « sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis, et « cum interventu personae Ecclesiasticae, ab eo auctori- « tatem habentis, ad quos solos et non alios Episcopis « inferiores, etiamsi alii Ordinarii sint, aut nullius Dioe- « cesis aut Conservatores ab hac sede specialiter vel ge- « neraliter deputati, praedictam licentiam dandi facultas « pertineat; occurrente autem casu in loco exempto et « nullius Dioecesis tunc ad Episcopum viciniorem devol- « vatur haec cognitio et non ad alios; capere, extrahere, « aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Epi- « scopus et dictae Personae Ecclesiasticae requisitae illos « in delictis superius expressis culpabiles tradere, aut « capturae et carcerationi intervenire et assistere recusa- « verint, tuncque reverentiae Ecclesiae et locis sacris « debitae memores, praedictos delinquentes minori quoad « fieri poterit, scandalo et tumultu extrahere curent. »

CAPUT IX.

DE RATIONE EXTRAHENDI A SACRIS ÆDIBUS EOS, QUI OB SCELERA EXCEPTA NULLA IMMUNITATE GAUDENT.

Si ad Ecclesiam confugiant, qui ejusmodi criminibus sese inquinaverint, omnemque immunitatem amiserint, a sacris

Aedibus deducendi sunt, et Judici tradendi, ut debitas poenas exsolvant. Qua de re jussu Clementis XI. coetus habiti sunt et in medium prolata omnia, quae Pontificibus Clemente IX. et Clemente X. tum per Ecclesiasticos tum per Laicos scripta fuerant. Tum facile constitutum fuit, ut Judicis Ordinarii Ecclesiastici auctoritate interposita, criminosi homines ab Asylis removeantur, ut aliquis Ecclesiasticus ab eodem designatus intersit, demum per solum Judicem Ecclesiasticum cognoscatur, an reus ea crimina perpetraverit, ob quae immunitate prorsus indignus habeatur, cum agatur de reo, qui in Ecclesiastica ditione, scilicet immuni loco versabatur, ex quo solum abripitur, quia jure Pontificio permissum id habetur [1].

Illud magnopere implicatum visum fuit, videlicet quae argumenta criminis proferri deberent, ut Judex Ecclesiasticus reum asylo sacro frui non posse, proprioque Judici committendum decerneret. In Gregoriano Decreto haec leguntur: « Quodque delinquentes.... Curiae saeculari.....
« consignari nec tradi possint, nisi cognito prius per Epi-
« scopum seu ab eo deputatum, an ipsi vere crimina supe-
« rius expresse commiserint. » Praeclarissimi Jurisperiti Farinacius et Falconius, quum eadem verba interpretarentur, reos ejusmodi Sacrarum Aedium beneficio spoliari non posse affirmarunt, si dum causa per Judicem Ecclesiasticum cognoscitur, indicia solum et conjecturae producantur, sed certissimis et perspicuis rationibus agendum putaverunt. Sed tamen veritati parum consentaneum ceteris visum fuit, quos

[1] Benedictus XIV. Institut. Eccles. 41. § 7. n. 26.

Antonius de Possentibus commemorat ; et sane ad veram rectamque probationem necesse est, ut reus crimen suum fateatur, aut de illo convincatur; hoc postremum non ita facile evenire solet; illud vero primum vix potest excogitari. Quare si reus ipse de crimine suo convinci, aut illud confiteri deberet, ut a sacris Aedibus avulsus Saeculari Curiae committi possit, nullus umquam quolibet scelere inquinatus eidem Curiae traderetur, uti prius Carolus a Basilica Petri, Novariensis Episcopus expendit. « Si plenam probationem requirimus, hoc est, ut reus confessus sit, vel aliorum testimonio convictus, paucissimos trademus Judicibus laicis. »

Quum haec ita sint, inquit Benedictus XIV. coetus jussu Clementis XI. cöacti decreverunt, non quidem certissima et plena argumenta requiri in cognitione caussae, quae per Ecclesiasticum instituitur, ut reus aliquis saeculari Curiae tradatur, sed satis esse, ut veritati consentanea probentur et vehemens aliquod sceleris indicium et conjecturae in medium ferantur. Judex autem saecularis caussam iis omnibus corroborabit, quae ab Ecclesiastico praetermissa sunt, ut reum sibi traditum; vel ad criminis confessionem impellat, vel necessariis testibus convincat.

Hac difficultate expedita, alia proposita fuit, an si reus eo modo, quem nuper explicavimus, saeculari Curiae committendus sit, priusquam id fieret, defensionis tempus ipsi reo tribuendum videretur. Id quidem necessarium aliquibus visum fuit, ne reus indicta causa, immunitate careret. Alii tamen id non modo superfluum putarunt, sed etiam perniciosum, et quoddam veluti Justitiae impedimentum. Nam si reus,

dum causam suam defendit, testimonia in ipsum conflata deprehenderit, tunc vel ipse, vel ejus familiares longe arcendos eos testes curabunt, ne cum reus in manus laici Judicis devenerit, et caussae cognitio per ipsum indicetur, eadem testimonia repetantur, vel saltem immutentur, quum in examen vocantur.

Cum Benedictus XIII. Pontificatum gereret, per constitutionem *Ex quo* haec constituta fuerunt: Primo, ut reus ab immuni loco deduci, et in carceres Episcopi tradi possit, satis esse indicia, quae ad capturam decernendam sufficere videantur [1]. Secundo, ut Ecclesiasticus crimen, de quo agitur, judicio suo cognoscat. « Ubi vero, prosequitur Pontifex, ex processu informativo desuper conficiendo constet de crimine excepto, ac insuper adversus eundem extractum talia resultent indicia, ut crimen ab eo fuisse patratum moraliter credi possit (quae quidem indicia juxta regulas juris vocantur ultra torturam), eo tantum casu praefatum extractum Ministris et Officialibus Curiae Saecularis tradere et consignare possit et debeat. Tertio, ne rei Judicibus laicis tradantur, nisi exacta receptaque prius ab ipsis obligatione in forma juris valida restituendi extractum

[1] En verba Benedicti XIII. Constitut. *Ex quo* § 8. « Quotiescumque Curia Ecclesiastica a Curia Saeculari fuerit requisita, ut Laicum aliquem delinquentem e loco immuni extrahi, ac illi consignari faciat, eaque super delicti excepti qualitate ac personae reitate subministrata vel aquisita sint indicia, quae ad capturam decernendam sufficere videantur, tunc Curia Ecclesiastica ad ejusdem delinquentis extractionem ab Ecclesia, aliisve locis immunibus, ope ac medio suorum executorum, implorato etiam, quatenus opus sit, brachii saecularis auxilio, et cum interventu Personae Ecclesiasticae ab Episcopo deputandae, procedere teneatur, extractumque ad suos carceres asportari, ac ibi sub tuta custodia detineri curet et faciat ».

Ecclesiae sub poena excommunicationis latae sententiae pro tempore existenti Romano Pontifici reservatae, quatenus idem extractus indicia contra ipsum acquisita in suis defensionibus purget ac diluat. Quod si ea minime purgaverit, et vere delinquens repertus fuerit, Curiae saeculari in ipsum tali casu, ut juris esse censuerit, agere atque procedere liceat [1]. »

[1] Pro Praxi haec brevis instructio a Canonistis traditur: Nec rector Ecclesiae tradere, nec Curia Saecularis seu Judices Laici sua auctoritate reum extrahere possunt absque Episcopi licentia. Ecclesiae rector, facta simplici narratione facti, totam hujusmodi causam ad Episcopum defert.

Ab Episcopo inspici debet, an sint delicti indicia sufficientia ad capturam: et, si adsunt, ab ipso conjicietur Reus ad Curiae Ecclesiasticae Carceres, ibidem custodiendus, etiam saeculari adbibita custodia, donec ex processu innotescat, an crimen sit exceptum, ac patratum.

Ecclesiâ citanda est, seu nominè illius Ecclesiae promotor Fiscalis, cui competit Ecclesiae jura tueri. Audiendus est etiam Reus, ut docent Fariuacc. Peregr. de Immunit. cap. 3. Delbene, Schmalzgrueber.

Tum Ecclesiae, tum delinquenti concedendae sunt dilationes, quae ipsis ad sua jura defendenda necessariae fuerint.

Etiamsi Episcopus processui stare possit, qui a judice Laico, antequam Reus ad Ecclesiam fugeret, efformatus fuit; non tamen tenetur, sed ipse novum processum instituere potest, recipiendo testes et attestationes. Pax Jordan. lib. 11. tit. 3. Schmalzgrueber, Pignatellus t. 1. consult. 128.

Facto processu, ejusdem publicatio fieri debet ne delinquenti et Ecclesiae defensio et potestas allegandi, si quid habent, in sui juris favorem, adimatur. Delbene, Schmalzgrueber.

Tandem ab Episcopo definitiva fertur sententia an crimen sit exceptum, nec ne?

Lata contra reum sententia, quod crimen sit exceptum si adsint indicia delicti ultra torturam, tunc primum reus Judici Saeculari traditur, exacta tamen receptaque prius ab eo obligatione in forma juris valida de restituendo extracto, si is indicia contra se prolata diluerit, et purgaverit; secus, si ea non diluerit, secundum formam juris contra eum a Curia Saeculari procedatur.

Episcopus si judicaverit, Reum asylo minime gaudere, eum cum inter-

Eadem in Constitutione Clementis XII. continentur, ubi prae ceteris illud Benedicti Constitutioni additum fuit, quoties de homicidio deliberato vel per insidias, aut etiam per

ventu personae Ecclesiasticae ab eo auctoritatem habentis, Curiae Saeculari tradere debet.

At si patrati criminis indicia ultra torturam non adsint, inquit Maschat, Reus ab Ecclesia extractus, non in carcere Curiae Saecularis, sed Ecclesiasticae custodiendus est, nec indo tradendus, donec Episcopus cognoscat crimen exceptum perpetratum fuisse, vel saltem adesse indicia ultra torturam, ut crimen a Reo fuisse patratum moraliter credi possit.

Si vero Episcopus, Reum asylo gaudere judicaverit, tunc curare et mandare debet, ut custodia, si quae forte esset in loco sacro, amoveatur, vel Reus, si e loco sacro extractus in Carceribus Episcopalibus aut alibi existit, iterum loco, unde ereptus est, restituatur. Ita Maschat, Schmalzgrueber, Reiffenstuel.

Riccius Synops. Decret. et Resolut. S. Congreg. Immunitatis V. *Appellatio*, sequentes refert Sacrae Congregat. Immunitatis declarationes. « Appellatio a Judicio Episcopi circa articulum an quis Ecclesiastica gaudeat immunitate nec ne, regulariter non datur, nisi quando de nullitate et injustitia constet ». Theatina 31 augusti 1626. « Appellatio prohibita in Constitutione Gregorii XIV. non intelligitur tantummodo de appellatione frivola, sed intelligitur indistincte prohibita ». 19 martii 1647.

« Appellatio ad Curiam Metropolitanam super Censuris latis in caussa violatae Immunitatis non est attendenda ab Episcopo ». 6. febr. 1694.

Imo neque appelatio ad Sanctissimum et S. Congregationem admittitur quoad effectum suspensivum, sed solum quoad devolutivum. Materanen. 9. septemb. 1631. Benevent. 22 novemb. 1639.

Non obstanto appellatione procedendum prout de jure contra violatorem Immunitatis Ecclesiasticae. Pisauren. 25 sept. 1627.

« Non datur Appellatio a declaratione Episcopi quisnam gaudere debeat Immunitate Ecclesiastica, quare Episcopus potest pro restitutione extracti uti remediis a S. Canonibus et Constitutionibus Apostolicis permissis. Marianen. 19 maii 1648. Niceen 12 januar. 1649. Vercell. 23 augusti ejusd. anni.

« Appellante Fisco Laicali a declaratione Curiae Ecclesiasticae super Immunitate Loci, in quo captus fuerat a Curia Laicali quidam facinorosus ob delicta capitalia, ex gratia Sanctissimi, ad effectum devoluti-

rixam patrato judicium statuetur (nisi fortuito vel pro vitae defensione contigerit), satis esse in ditione Ecclesiastica, ut foro saeculari reus committatur, non quidem indicia ultra torturam, uti Benedictus praecepit, verum id fieri posse *ex acquisitis seu subministratis indiciis ad torturam tantum sufficientibus*; quod eo solum consilio sancitum est, ut mortalium audacia in patrandis tam frequenter homicidiis comprimatur, cum id praesertim plurium etiam decessorum Pontificum exemplis comprobetur [1]. Clemens VIII. quosdam homicidii reos, qui in sacras aedes se receperant, Laico Judici tradi imperavit: « si tamen prius summarie, simpliciter et extrajudicialiter et quantum pro conscientiae tuae informatione sufficere posse videbitur, illos homicidium praedictum perpetrasse aut illi cooperatos, seu in illo culpabiles fuisse [2]. »

Insuper peculiaris Congregatio jussu Clementis X. convocata, epistolam confecerat, in qua haec sententia legitur: « Ut justitiae exercendae nullum impedimentum afferatur, « Sanctitas Sua Eminentiae Vestrae permittit uti sufficieu-

vum dumtaxat conceditur, carcerato prius in fortiis Curiae Ecclesiasticae restituto. ». Januens. 8 augusti 1645.

« Non admittitur Appellatio tam ad effectum devolutivum quam suspensivum a censuris in contumaciam promulgatis ex causa violatae Immunitatis. Rossan. 8 aprilis 1642.

» Commissio Causae Appellationis a Declaratoria Censurarum et a Decreto Vicarii declarante aliquem gaudere Privilegio Fori, conceditur solum quoad effectum devolutivum. Januen. 10 junii 1656. Rossanen. 8 aprilis 1642.

[1] Benedictus XIV. Instit. Eccles. 41. § 7.

[2] In litteris Apostolic. die 6 februarii edit. apud Genuensem in praxi Cur. Archiep. Neapolit. cap. 76. et apud Pellegrinum de Immunit. cap. VII. sub. n. XXI.

« tibus ad tormenta indiciis, ut reus sacra immunitate
« indignus declaretur. »

Art. 1.

Episcoporum diligentia a Benedicto XIV. excitatur ad promptam hac de re Constitutionum Apostolicarum executionem, eisdemque permittitur ut indiciorum compilationem per Dioeceses aliis Ecclesiasticis personis committere valeant.

Cum nonnullae ad Benedictum XIV. quaerelae super hoc delatae fuissent, quod quaedam Curiae Ecclesiasticae pro parte officialium Curiae Saecularis requisitae, extractionem delinquentium in casibus exceptis hujusmodi, diutius quam par est, protrahere consuevissent, hinc Benedictus XIV. Episcopis aliisque Superioribus Ecclesiarum Praesulibus enixe, studioseque suadet, et respective mandat, ut omnem quaerelarum occasionem in hoc rerum genere studeant amovere et quoties de delinquentibus in casibus exceptis hujusmodi agatur, ad opportuna indicia adversus eos colligenda animum intendere non recusent; sique ea, quae juxta praemissa requiruntur, revera suppetere agnoscant, eorundem delinquentium extractionem e loco immuni quamprimum decernant, ut vel in Episcopalibus carceribus nomine Ecclesiae detineantur, vel etiam ad Curiae laicalis carceres ejusdem Ecclesiae nomine retinendi, cum debitis cautelis transferantur [1].

[1] Benedictus XIV. Constit. *Officii Nostri* § 12.

Idem Summus Pontifex Benedictus XIV Episcopis aliisque superioribus Praelatis facultatem concedit, ut quoties in hujusmodi casibus pro parte Curiae Laicalis requisiti fuerint, Vicariis suis Foraneis, sive etiam aliis personis Ecclesiasticis ad id per ipsos Antistites deputandis, committere possint, ut indicia ad extractionem necessaria juridice colligant; ut his nimirum inspectis iidem Antistites, prout juris est, ad delinquentium hujusmodi extractionem quantocius decernendam procedere valeant.

Art. 2.

De extractione reorum criminis haeresis a locis immunibus, ad quae ipsi vel ante carcerationem, vel a carceribus elapsi, vel ad poenam damnati, confugerint.

Cum in Congregatione S. Inquisitionis excitatum dubium fuisset, quae ratio servanda, et qui modus adhibendus esset, quoties reus haereseos extrahendus esset ab Ecclesia, ad quam confugisset, ne in carcerem duceretur, sive cum ex vinculis, quibus tenebatur, aut ex triremibus, aliove loco, ad quem relegationis, aut operis faciendi causa damnatus fuerat, fuga evasisset, Benedictus XIV. Encyclica ad Inquisitores contra haereticam pravitatem haec statuit:

« Si de crimine haereseos agitur, cum a Joanne XXI. qui XXII. dictus est, in sua Constitutione, cujus initium: *Ex parte vestra:* decretum fuerit, quod haeretici aut de haeresi suspecti, nec non Judaei, qui cum ad Catholicam Fidem conversi fuerint, deinde in apostasiam incidunt,

si ad Ecclesiam confugiunt, statim per Inquisitorem ab eadem extrahi debeant; minime nostra mens est, ut praedictae Constitutioni derogemus, imo eadem observari volumus, eam tamen methodum adhibendo ac servando quam modo subjungimus, videlicet, quod Inquisitor, quoties hujusmodi reus ab Ecclesia extrahendus erit, omnem adhibeat curam, ut id majori, qua decet, erga domum Dei reverentia contingat. Et quoniam fieri omnino nequit, ut ante extractionem, indicia, quae contra reum habentur, Episcopo communicentur, cum secreti lex id minime patiatur, et quoniam, ubi etiam id fieri posset, inutile id prorsus esset, cum notum sit sacrum Inquisitionis Tribunal ad capturam minime procedere, nisi semiplena delicti probatio praecesserit; non tamen illud omittat, ut vel ante, vel post capturam, Episcopum de ea certiorem faciat, tam propter reverentiam, quae illius dignitati debetur, tam ut quantum fas est, id, quod in Constitutionibus Gregorii, Benedicti, Clementis, ac nostra decretum est, adimpleatur. Quod etiam ea de causa ita a nobis decernitur, propterea quod viderimus olim in Congregatione S. Officii quae coram Urbano VIII. 10 junii 1638 habita fuit, proposito casu, ac discusso dubio: *An reus de haeresi inquisitus confugiens ad Ecclesiam debeat extrahi ab Episcopo, vel ab Inquisitore?* Pontifex, *auditis votis*, respondit: *Reum posse extrahi ab Inquisitore, certiorato ante vel post Ordinario* [1]. »

[1] Ubi autem de aliis criminibus exceptis agatur, quae tamen haereseos minime sint, ac multo magis, si de iis agatur, quae inter excepta non recensentur, etiam si ad Sacri Tribunalis cognitionem, vel quia ab aliquo ejusdem Jurisdictione subjecto commissa sint, vel alio quocumque

Art. 3.

De his qui delictum exceptum in una ditione patrarunt, et ad locum immunem confugiunt in altera, ex qua vi mutuae consuetudinis traderentur Curiae in loco delicti jurisdictionem habenti.

Benedictus XIV. cum accepisset inter ejus temporalis

nomine pertineant, declarat Benedictus XIV. eos, qui casuum minime exceptorum rei sunt, immunitate gaudere debere; quoties autem casuum exceptorum rei, qui tamen haereseos rei non sint, ab Ecclesia extrahi debeant, ea omnia exacte observanda esse, tum quae in sua Constitutione, tum quae in aliis praecedentibus Constitutionibus, decreta sunt, iudicia nimirum, quae ad torturam sufficientia sint, Episcopo communicari debere, cum hic secreti lex minime impedimento sit; praeterea extractionem nonnisi auctoritate Episcopi, et cum interventu personae Ecclesiasticae ab eodem deputandae faciendam esse, aliaque omnia servanda, quae in dictis constitutionibus leguntur.

Quae hactenus dicta fuere, eorum etiam respectu servanda esse docet Benedictus XIV., qui ex carceribus sive ex trireme, sive ex loco eorum relegationis effugiunt, et in Ecclesiae alicujus, vel loci immunis asylum se se recipiunt. Si enim rei vel damnati propter haereseos crimen sunt, eorum extractio ab Inquisitore facienda erit, ita tamen, ut de ea, vel ante vel post Episcopus certior fiat; si vero Rei aut damnati sint propter aliquod delictum exceptum, non autem propter crimen haereseos, sive pro alio delicto, quod minime exceptum sit, quoad primos extractio fiat Episcopi auctoritate, et Ecclesiastica persona interveniente ab eodem Episcopo deputanda; quoad secundos autem, si in asylo, ad quod confugerunt, remanere sinantur, etiamsi ex triremibus cum catenis effugerint, dummodo a praedictorum triremium, aliorumve justitiae ministrorum manibus liberi essent, nisi forte Episcopus indultum a Sede Apostolica habeat, ut a triremibus fugitivos extrahere ab Ecclesiis possit, cum in hoc casu, ob fugitivum recuperandum ad eumdem recurrere liceat, vel etiam ad Apostolicam Sedem, si bujusmodi indulto Episcopus careat ». Benedictus XIV. Encyclica ad Inquisitores contra haereticam pravitatem incip. *Elapso proxime anno.*

dominii ac nonnullarum finitimarum Ditionum Curias, reciprocam quamdam consuetudinem inolevisse, ut qui certi generis delicta in alterutra ex ditionibus hujusmodi commisissent, et intra fines alterius se recepissent, instante Curia illius Ditionis, in qua delictum comissum fuit, caperentur, eidemque Curiae traderentur; cumque hujusmodi traditionibus aliquando moram afferri contingeret, propterea quod delinquentes hujusmodi, in Terris, ad quas confugerant, sub Ecclesiae alicujus vel alterius Loci immunis tutela se recepissent; Benedictus XIV. inquam, decrevit, ut si hujusmodi confugientes, delictum aliquod ex iis, quae in Apostolicis Constitutionibus praefatis excepta sunt, in temporali Romanae Ecclesiae dominio patraverint, indicia ad capturam requisita, ab Episcopo Diaecesano, seu respective viciniori illius loci, in quo delictum commissum fuit, excipiantur, seu emmlentur; eaque ad Episcopum alterius loci, in quo delinquens asylum coepit, sine mora transmittantur; ut hic nimirum, quatenus traditioni praefatae locus esse debeat, extractionem delinquentis e loco immuni, auctoritate sua, et cum interventu personae Ecclesiasticae fieri mandet. Eademque ratione, si in praefatis aliorum Principum ditionibus in quibus traditionis praedictae consuetudo viget, ejusmodi delictum commissum fuerit, quod sive in vim Gregorianae aut Benedictinae Constitutionis, sive ratione Concordati cum Apostolica Sede initi, sive extensionis alterius Constitutionis Clementis XII. ab eadem Apostolica Sede specialiter impetratae, pro excepto haberi debeat; statuit Benedictus XIV. ut Episcopus ille, ad quem ratione loci

delicti commissi id pertinere dignoscitur, memorata indicia ad capturam requisita cumulari faciat, eaque transmittat ad Episcopum ditionis Ecclesiasticae, intra cujus Jurisdictionis fines illius delicti reus asylum delegit, ut hujus scilicet Antistitis auctoritate, aliisque servatis servandis, a confugii loco extrahi, ac, si ita res feret, externae postulanti Curiae valeat consignari [1].

CAPUT X.

DE MALE EXTRACTORUM RESTITUTIONE.

Reum extra casus exceptos ab Ecclesia extractum ante omnia Ecclesiae restitui debere explorati juris est [2].

Confugitos restitui debere constat, quamvis de eorum consensu et voluntate extracti fuissent, cum per eorum renunciationem praejudicium Ecclesiae inferre nequeant, quemadmodum a Sacra Congregatione Immunitatis declaratum fuit [3].

Confugiti, etiamsi licite sint extracti, iterum restitui debent, juxta Constitutionem Benedicti XIII. [4], si indicia

[1] Benedictus XIV. Constitutione *Officii Nostri* § 15.

[2] Schmalzgrueber, Jur. Eccl. par. 5. tit. 40. cap. *sicut antiquitus* 6. caus. 17. q. 4. Leurenius lib. 3. tit. 49. q. 1041. Begnudellus v. *Immunitas* n. 58. Ventriglia t. 2. annot. 23. § 1. n. 38. Farinaccius in Appendice De Immunit. cap. 2.

[3] Sacra Congregatio respondit: « Rescribendum esse Vicario, ut faciat restituere Oratorem eidem Ecclesiae, a qua fuit extractus, cum non potuerit per renunciationem ipsius praejudicare Ecclesiae. Secuta autem restitutione, erit in sui arbitrium se constituere in carceribus ». Vide Pignatell. t. 1. cons. 172. Fagnanum in cap. *Inter alia* de Immun. Eccl.

[4] Benedictus XIII. Constit. *Ex quo*.

contra ipsos acquisita in suis defensionibus purgent ac diluant [1].

Restitutio semper eidem facienda est Ecclesiae, a qua extractio facta fuit, et non alteri, ut passim S. Congregatio rescribere solet. Quin imo ut restitutio alteri Ecclesiae fieri possit, necessaria est Summi Pontificis dispensatio, extractique consensus, uti S. Congregatio declaravit [2].

Nec satis est simplex excarceratio, nisi etiam repositio extracti in Ecclesia sequatur, quemadmodum S. Congregatio respondit [3].

Quaestio a Canonistis instituitur, an sufficiat, si extractus ipsi Episcopo, ejusve Vicario restituatur? Begnudellus affirmative respondet, quia Episcopus Ecclesiam reprae-

[1] Benedictus XIII. Constit. *Ex quo*, n. 8.

[2] S. Congregatio Immunit. in Neapolit. die 21 aprilis 1634 et in una Mediolanen. 28 novembr. 1634. Riccius v. *Restitutio* seqq. affert S. Congr. Declarationes. — Restitutio extracti de jure facienda est eidem Ecclesiae, a qua quis fuit extractus. Amplia quamvis extractus moram trahat in loco distanti ab Ecclesia extractionis; attamen, attento consensu extracti in his casibus Sanctissimus dispensat, ut restituatur alteri Ecclesiae —. Mediolan. 28 novembr. 1634. Vercellen. 25 mai 1656. « Permittitur annuente Sanctissimo, quod restitutio extractorum fiat alteri ab Ecclesia extractionis ex caussis urgentibus allatis a Curia Laicali ». Sarzanen. 16 Januar. 1672.

Item permittitur ut extractus, qui ob infirmitatem non potest restitui Ecclesiae violatae, restituatur alteri ab ipso eligendae. Aversana 20 januarii 1703.

[3] S. Congregatio Immunitatis in una Mediolanen. 23 februarii 1638. « Scribatur Em. Archiepiscopo, ut Oratorem faciat restituere eidem Ecclesiae, a qua fuit extractus, nec sufficere illius excarcerationem pro reintegratione violatae Immunitatis Ecclesiasticae ob extractionem ejusdem Oratoris ». Pignatellus T. 1. Consultat. Canonic. consult. 172. n. 10. Vide Reiffenstuel. lib. 3. Decretal. tit. 49.

sentat [1]. At Pignatellus non sufficere arbitratur [2]. « Eidem Ecclesiae restituendum, inquit Schmalzgrueber, ita, ut alteri non possit, nisi de licentia Summi Pontificis, saepius decrevit S. Congregatio Immunitatis [3]. » Extracti autem restitutionem publice solemniterque ipsi Ecclesiae violatae per eos, qui extraxerunt fieri debere, juris Canonici Interpretes declarant [4].

CAPUT XI.

DE POENIS VIOLANTIUM JUS ASYLI.

Immunitatis asyli violatores ultra gravissimum sacrilegium, quod committunt, excommunicationem majorem latae sententiae incurrunt [5]. Majorem autem excommunicationem

[1] Begnudellus V. Immunitas n. 59.

[2] Pignatellus tom. 1. Consult. 1720. n. 9. Reiffenstuel loc. cit.

[3] S. Congregatio Immunit. Ferrarien. 1632 apud Barbosam lib. 2. Jur. Eccles. cap. 3. In Januen. 8 decemb. 1632 et 29 novembr. 1634 apud Pignatellum t. 2. Consult. 37. in Mediolanen. 28 novemb. 1634 et in Cujacc. 30 novemb. 1640 apud Matthaeucc. *Offic. Cur. Eccl.* c. 24. Schmalzgrueber lib. 3. Decretal. tit. 49.

[4] Peregrinus c. 15. n. 26. Reiffenstuel de Immunit. Eccl. Pignatellus t. 1. Consult. 172. n. 7. Leurenius lib. 3. Decretal. tit. 49. q. 1041.

[5] Gregorius XIV. sic statuit: « Quod si quis quacumque dignitate et « auctoritate praeditus, praemissorum, aut alio quovis praetextu quidquam « praeter aut contra hujus nostrae Constitutionis tenorem attentare prae- « sumpserit, declaramus eum ipso facto censuras et poenas easdem incur- « rere, quae contra libertatis, juris, Immunitatis Ecclesiasticae violatores « per Sacros Canones Conciliorum Generalium, nostrorumque Praedeces- « sorum Constitutiones sunt promulgatae ». Gregorius XIV. Constitut. *Cum alias*. Benedictus XIII. Constitut. *Ex quo* § 9. Matthaeucc. *Offic. Cur. Eccl.* cap. XXIX. Maschat. 3. Decretal. tit. 49. Pichler, eod. tit.

latae sententiae incurrere omnes capientes, extrahentes, incarcerantes, vincientes reum in loco asyli, mandantes, cooperantes, etc., ex pluribus S. Congregationis Immunitatis declarationibus patet [1].

Benedictus XIV. [2] decernit in numero transgressorum hujusmodi eos etiam esse et censeri, qui in spretum Ecclesiasticae auctoritatis, et Ecclesiasticarum sanctionum, praescripto ad Superiores Ecclesiasticos recursu posthabito, Ecclesias et loca immunia obsidere praesumunt, ac impediendo, ne ad illos, qui sacro confugio se tuentur, alimenta deferantur, sive aliter eosdem in Curiae Saecularis potestatem se dedere cogunt, et declarat, eos qui talia ausi fuerint, sive confugientes hujusmodi de exceptis delictis, sive de aliis non exceptis inquisiti sint, omnes et singulas poenas atque censuras adversus Ecclesiasticae Immunitatis violatores in Jure ac in praedictis Constitutionibus Apostolicis latas incurrere [3].

[1] Schmalzgrueber Jur. Eccles. par. 5. tit. 49. Leurenius lib. 3. Decretal. de Immunit. q. 1042.

[2] Benedictus XIV. Constitut. *Officii nostri*, § 14.

[3] Hujusmodi artes atque violentias retro temporibus intentari consuevisse non ignoramus, sed simul etiam ab Ecclesia damnatas semper atque proscriptas fuisse comperimus; idque satis demonstrant ea, quae in pluribus Provincialibus Conciliis, labentibus XIII. ac XIV. Ecclesiae saeculis, statuta leguntur. (Concilium Provinciale Lambethense hab. an. 1261. tom. II. par. 1. Labbaeanae Collectionis Conciliorum, Concilium Exoniense an. 1287. tom. II. par. 2. dictae Collectionis, Conc. Provinciale Nugaroliense an. 1303. Conc. Palentinum an. 1322. Concilium Vallisoletanum an. 1322. tom. III. Collectionis Conciliorum Hispaniarum Cardinalis de Aguirre tit. 18. etc.) Ibi enim expositis circumsessionibus, interceptione alimentorum, aliisque artibus, quibus ii, qui ad Ecclesias confugerant, ad deditionem adigebantur, quicumque similia attentare prae-

Hanc excommunicationis poenam Pichler non Papae, sed Episcopo reservatam esse autumat. Ast Pax Jordanus, Matthaeuccius, Maschat, Quaranta, Barbosa, aliique docent Sedi Apostolicae esse reservatam [1], et a Pignatello et Riccio haec affertur S. Congregationis Immunitatis declaratio: « Absolutio a censuris contractis ex causa violatae Immunitatis libertatis et jurisdictionis Ecclesiasticae est reservata Summo Pontifici, nec ab alio concedi potest sub quocumque praetextu etiam restitutionis statim factae Ecclesiae, et opinio contraria improbatur [2]. »

Major Poenitentiarius in casibus publicis, etiam in judicium non deductis, violatae Immunitatis, seu Libertatis Ecclesiasticae, nullatenus absolvere valet [3].

Absolutio data vi Bullae Anni Sancti per Confessarium

sumpserint, anathematis mucrone feriuntur. Benedictus XIV. Constitut. *Officii Nostri*, § 14. declarat, omnes et singulos, qui sub Ecclesiasticae Immunitatis tutela degentibus hujusmodi ratione vim inferre ausi fuerint, praeter alias poenas atque censuras adversus ejusdem Immunitatis violatores latas sine alia declaratione incurrendas, omni beneficio ac privilegio Ecclesiastici confugii et asyli tam apud Ecclesias, et loca immunia ab ipsis sic violata, quam apud alias quascumque Ecclesias et loca sacra et religiosa indignos atque privatos fore, et habendos esse, non secus ac alii omnes, qui confugientibus vim inferunt aut ipsos ab Ecclesia, aliove loco immuni violenter extrahunt, et abducunt. Benedictus XIV. Constit. *Officii Nostri*, § 14.

[1] Pax Jordan. lib. 11. tit. 3. Quaranta, Summa Bullarii, v. *Casus reservati*. Maschat, lib. 3. Decretal. tit. 49. Matthaeuccius, Barbosa, lib. 2. *Jur. Eccles. Univ.*, cap. 3. n. 167. Reiffenstuel, lib. 3. tit. 49. n. 221. Vide Giraldum, tom. 3. sect. 195.

[2] Decret. S. Congregat. Immunit. Lyciens. 13 julii 1638. Casertana, 24 januarii 1651. Vide Pignatellum, Constit. Canonic., t. 2. consult. 59. n. 13. Vide Riccium, v. *Absolutio*.

[3] Benedictus XIV. Constit. *Pastor bonus*, § 14. tom. 1. Bullarii.

rium a Censuris incursis ex caussa violatae Immunitatis non suffragatur in foro exteriori, quemadmodum S. Congregatio Immunitatis declaravit [1].

CAPUT XII.

DE JURE ASYLI JUXTA CONCORDATA INTER S. SEDEM ET AUGUSTISSIMUM SARDINIÆ REGEM INITA.

Quia humanorum erga Deum officiorum praecipuum charitas est, caque admittendis etiam erga homines criminibus laeditur; sane si appareat licentius aliquos graviusque peccare, quod sacrum ad asylum confugiendo, se loci religione tutos, et poenarum immunes futuros esse confidant, congruit in Deum pietati jus illud asyli sacri, quibusdam veluti limitibus circumscribere. Hinc Benedictus XIV. rogatu Caroli Emmanuelis Sardiniae Regis illustris, supremam admovens manum perficiendae concordiae, quae sub Benedicto XIII. et Rege Victorio Amadeo inita fuerat, ut de controversiis aliis, inter pontificios, regiosque administros exortis, ita etiam de asyli jure, ejusque exercendi ratione die 6 januarii 1742 edidit plura mandata, quibus Instructionis nomen placuit imponere, in ejusque paragraphis nono, decimo, decimoprimo, decimosecundo ac decimo tertio haud pauca constituit, quae jus illud ad praecavenda crimina in Regis ditione angustius quam communi lege fiat, pressiusque definiunt [2].

[1] S. Congregatio Immunitat. 27 augusti 1675. Vide Riccium, v. *Absolutio*.

[2] Leo XII. Brevi incip. *obsequio erga Deum* 1826. 20 junii.

A Clemente XIV. alia edita fuit Instructio, qna nonnulli Benedictinae articuli explananlur; acccssere deinde Brevia Pii VI. 18 aprilis 1776. 11 decembris 1779. 9 aprilis 1782. 15 septembris 1786. Addi quoque debet Breve Leonis XII. 20 junii 1826.

Art. 1.

De iis qui asyli beneficio minime gaudent juxta Concordata.

Instructio Benedicti XIV. de criminibus, quibus nullum jus asyli concedilur haec habet § 1: « Essendo cresciuta la malizia degli uomini, e desumendo i cattivi contro la espressa intenzione de' Sacri Canoni, e delle Costituzioni Apostoliche facilità di commettere delitti pel pronto confugio alle Chiese, ed ai luoghi immuni, non goderanno per l'avvenire del beneficio dell' asilo tutti i seguenti:

Gli omicidi, non solo se l' omicidio sia proditorio, giusta il gius comnne, e la Bolla Gregoriana, ma ancora se sarà appensato ginsta la bolla di Benedetto XIII. che incomincia: *Ex quo Divina*; non dovendo più godere del beneficio dell' asilo se non chi commette omicidio casuale, o per propria difesa *cum moderamine inculpatae tutelae*, estendendo S. Santità ai dominj del Re di Sardegna la Bolla *In Supremo justitiae solio* di Clemente XII.

Gli incendiarj, cioè coloro, che *dolo malo et data opera* metteranno, o faranno metter fuoco, o che *scienter* daranno ajuto, o consiglio a chi mettesse fuoco a qualunque chiesa, luogo sacro, o religioso, o a qualunque casa abitabile, sita tanto in Città e luoghi abitati, quanto fuori di essi;

come altresì ai tugurj costrutti *ad instar domorum*, soliti abitarsi da' contadini o pastori, o sopra gli armenti e le greggie, alle vigne, seminati, oliveti, selve, o qualunque altro podere alberato, coltivato e fruttifero.

I ricattatori, cioè a dire coloro, i quali conducono e trasportano violentemente o dolosamente, *de loco ad locum* uomini e donne, ivi ritenendoli per obbligarli a riscattarsi; come altresì coloro che per via d' ambasciate o lettere chieggono denaro, o altra cosa, con minaccia di ammazzare le persone, o d' incendiar i beni di quelli, ai quali son dirette, in caso che non facciano quel che chieggono, coloro che *scienter*, *dolo malo et animo nocendi*, compongono, vendono e propinano il veleno, quantunque non sia seguita la morte della persona, che voleva avvelenarsi, e nè tampoco abbia la medesima in effetto per qualche fortunato accidente preso il veleno.

Coloro che fanno assassinare, o per commessione data loro assassinano, o che ai suddetti scellerati danno ajuto o consiglio, quantunque non vi sia seguita la morte, purchè però *deventum fuerit ad actum proximum, hoc est ad insultum, ita ut intervenerit vulnus.* I grassatori e ladri di strade pubbliche e vicinali, anche per la prima volta che commettessero un tal delitto, quantunque senza alcuna offesa della persona del derubato.

Coloro che di notte tempo aprono con chiavi false o adulterine, con grimaldelli ed altri strumenti le porte delle case, botteghe, fondachi o magazzini, o pure che rompono o bruciano le suddette porte, o che entrano in tali suddetti luoghi per i tetti o finestre, o per aperture fatte

nelle muraglie, o rubano tanta quantità, per la qual cosa meritano, secondo le leggi comuni o municipali, la morte.

Così parimente coloro, che in tempo di notte, sotto nome di corte, o con falsi pretesti d'essere ministri della giustizia, si fanno aprire dagli abitatori le porte delle case, ed ivi entrati rubano, o fanno violenza all'onestà delle donne di detta casa.

I falsificatori di cedole, o siano fedi di credito, o di altre scritture de' pubblici banchi, come altresì coloro, che falsificano ordini, per mezzo de' quali in pregiudizio della pubblica fede esigono danaro d'altri depositato ne' pubblici banchi.

I mercatanti fraudolentemente decotti, i quali fingendo d'esser falliti, nascondono il loro avere in frode de' loro creditori.

I Regii Tesorieri, ed i Percettori Generali, i quali, ritenendo, o ricevendo danaro Regio dagli uffiziali inferiori, o da altri debitori della Regia Camera per trasmetterlo alla Cassa generale, commettono furto o falsità in somma, che abbia luogo la pena ordinaria, così pure il Cassiere maggiore, e gli altri uffiziali, e ministri de' pubblici banchi, che rubano da quelli il danaro in tanta quantità, che per ciò debbano soggiacere alla pena ordinaria. I Conservatori dei pegni, e gli altri uffiziali e ministri de' pubblici monti, che rubassero i pegni in tanta quantità, da dover soggiacere alla medesima pena; e per ultimo coloro, i quali essendo pubblici Cassieri delle Università rubano il danaro dalla Cassa pubblica nella stessa notabile e punibile quantità.

Tutti i delinquenti, o rei di delitto di lesa Maestà nel

primo e secondo capo. E nel secondo capo, per quello che appartiene ad offese personali fatte a ministri ed uffiziali per ragion del loro uffizio, debbano intendersi compresi coloro solamente, i quali facessero offesa personale, e non verbale, a que' ministri, ed a quegli uffiziali, che amministrano giustizia, ed esercitano giurisdizione comunicata loro immediatamente dal Sovrano, e non già dagli utili padroni e baroni de' luoghi.

Coloro, che per forza estraggono, e fanno estrarre i rei dalla chiesa, o da qualsivoglia altro luogo immune.

Coloro che tanto nelle chiese, quanto nei cimiteri, o in qualunque altro luogo immune, commettono omicidj, mutilazioni di membri, o qualsivoglia altro delitto, per cui *de jure communi intrat pena sanguinis*, *aut triremium*, come altresì coloro, che usciti dalle suddette chiese, e luoghi immuni, commettono i medesimi delitti.

In Instructione Clementis XIV. haec etiam habentur de iis qui jure asyli minime perfruuntur.

Neppure goderanno per l'avvenire del benefizio dell'asilo i plagiarj, o sian quelli che negli Stati di S. M. ingaggeranno soldati per portarli al servizio di altri Principi esteri, come rei di delitto, che secondo le leggi Regie vien considerato, e punito come delitto di lesa Maestà.

I falsarj, che a danno del pubblico, e del privato falsificheranno il sigillo, e le lettere o Apostoliche, o Regie. Quelli che in qualunque tempo commetteranno *armata manu* ruberie, purchè la cosa rubata ascenda alla somma, per cui secondo le leggi comuni, e municipali il reo meriti la pena della morte. E coloro finalmente, che facendo vio-

lenza all'onestà delle donne, le rapiranno, purchè il ratto secondo le leggi della Provincia sia punibile colla pena della morte e la donna rapita sia onesta, nè vi abbia prestato il suo consenso [1].

Si è inoltre rilevato che da qualche tempo in quà negli Stati di S. M. moltissimi omicidj, ed anche atroci, si vedono commessi dai minori di 20 anni, ai quali la bolla di Clemente XII. *In supremo justitiae solio* estesa già ai medesimi Stati, non toglie, ma anzi preserva il beneficio del sagro asilo; in vista pertanto della moltiplicità e frequenza di sì enorme delitto .... si accorderà che in avvenire per gli omicidj atroci anche il minore d'anni 20, che ne sia reo, potrà nelle debite forme estrarsi dal luogo immune, e consegnarsi alla Curia laica nel modo e con le cautele, che detta bolla Clementina ha disposto per i maggiori di 20 anni, dichiarando che per omicidio atroce s'intenderà il parricidio, il fratricidio, l'uxoricidio, il proditorio, il premeditato, o appensato, tanto se sia, quanto se non sia insidioso, o quello commesso per causa affatto irragionevole e bestiale, come ancora l'omicidio, che sebben derivato dalla rissa, è stato però commesso dopo sei ore dal tempo della medesima rissa, o quando la rissa sia stata affettata e mendicata per causa come sovra affatto irragionevole, e bestiale [2].

Pius VI. die 9 aprilis 1782 declaravit quod deinceps rei violentae exemptionis delinquentium, e manibus pu-

[1] Instruct. Clement. XIV. § 4.

[2] Instruct. Clement. XIV. § 5.

blicae potestatis, ecclesiasticae immunitatis beneficio non gaudebunt, sed quod sub dispositione paragraphi noni instructionis Benedictinae comprehensi sint, ac pro majori securitate et intelligentia, statuit eidem paragrapho hanc ejus super praemissis voluntatem esse adjicendam ». Che per togliere li dispareri, che si sono eccitati fra li Ministri di Sua Maestà, ed alcune delle Curie ecclesiastiche dei Reali Dominj, Sua Santità dichiara, che il delitto di violenta estrazione di un delinquente dalle mani della Giustizia si consideri in appresso fra gli eccettuati, e come tale compreso sotto la disposizione dell'articolo 9 della Istruzione Pontificia, e conseguentemente, che tutti li rei di tale delitto non possono in avvenire godere il beneficio dell'asilo Ecclesiastico.

Cum parte Victorii Amedei Sardiniae Regis expositum fuisset quod in civitatibus, terris et locis ejus Dominio subjectis, ii, qui militiae suae nomen dederunt, propter facilem patentemque aditum ad Ecclesias aliaque loca immunia, persaepe a militaribus signis discedunt, et in Ecclesiis, sacrisque locis se recipiunt, atque ita poenam ex patrato delicto promeritam evadere adnituntur, qua sane de re in suis militaribus copiis plures proveniunt perturbationes et mala, ac militaris disciplina quae in exercitibus necessaria omnino est, quaeque publicam etiam quietem, ac tranquillitatem tuetur, grave inde patitur detrimentum; Pius VI. die 18 aprilis an. 1776 Archiepiscopis et Episcopis Civitatum et Dioecesum sub dominio dicti Victorii Amedei Regis existentium facultatem tribuit cum debita licentia, ac interventu personae Ecclesiasticae ab eisdem

Archiepiscopis et Episcopis respective deputandae, milites reos desertionis a quibusvis Ecclesiis, et locis immunibus dictarum Civitatum, et Dioecesum extrahendi, ac illos consignandi eorum Praefectis, reportata tamen prius ab iisdem promissione, more nobilium, de non plectendis hujusmodi militibus morte, aut aliqua gravi poena corporis afflictiva, sub poena excommunicationis latae sententiae adversus contravenientes, pro tempore existenti Romano Pontifici, praeterquam in mortis articulo, reservatae [1].

Pius VI. Brevi 11 decembris 1779 facultatem Archiepiscopis, et Episcopis Civitatum, et Dioecesum sub dominio Victorii Amedei existentium per Apostolicas litteras die 18 aprilis 1776 in forma Brevis expeditas pro militibus dumtaxat desertionis criminis reis, ad omnes alios milites, qui aliquod delictum adversus militarem disciplinam, vel aliter commiserint, servatis tamen omnibus, et singulis conditionibus in memoratis litteris expressis, extendit et ampliavit, seu de novo concessit; nisi tamen levi crimine sint noxii; tunc quippe ad insulam Sardiniae transmitti non posse, sed praevia levi poena suis signis dumtaxat restitui debeant, decrevit.

[1] Pius VI. Brevi an. 1776. 18 april. Posteaquam milites praedicti ex locis immunibus extracti, suisque Praefectis consignati fuerint, Pius VI. indulget, ut ad Sardiniae Regnum transmitti possint, ibique ad sua militaria obsequia praestanda in copiis ipsius Victorii Amedei Regis ad tempus, etiam decennii, detineri libere et licite valeant; quod si facilis ac tuta minime sperari possit eorumdem militum translatio ad Regnum praedictum, facultatem quoque tribuit illos vinctos, et ligatos usque ad locum, in quo ipsi naves conscendere debeant.

Praeterea cum non sine aliqua animi tristitia accepisset S. Pontifex Pius VI. nonnullos inter milites praefatos, qui jam ob deserta signa ad Ecclesias, ac loca immunia confugerunt, quique ab eis juxta memoratarum litterarum formam extracti, ac militaribus copiis in Sardiniae insula existentibus fuerunt conscripti, hinc audaces evadere, quia in eos animadverti non posse putarent, nisi eos denuo ad militiam restituendo, et ideo sub spe Ecclesiasticae Immunitatis nedum semel, sed etiam iterum, ac tertio castra desererent, aliosque excessus committerent, declaravit quod in eos milites qui aut in desertionis, aut in alio crimine recidivi fuerint detecti, quique ad Ecclesiam confugerunt, postquam denuo modis, ac formis in dictis litteris expressis fuerint ab Ecclesiis, aliisque locis immunibus extracti, animadverti possit juxta diversam patratorum criminum malitiam carcere etiam vel catena compescendos, sine tamen ulla sanguinis effusione, et dummodo ne virgis, aut baculo plectantur [1].

Cum militum hujusmodi turmas in Sardinia insula existentes Victorius Amedeus Rex alias exauctorasset, ac dimisisset, milites vero illis conscriptos ad alia agmina aggregare, ut Ecclesiis, aliisque locis immunibus permittere a publica utilitate alienum fore intelligeret; hinc in arces, seu fortalitia suae ditionis catenam, ut vocant, militarem,

[1] Pius VI. Brevi 11. decembris 1779. *Vid.* Traités publics de la Royale Maison de Savoie avec les Puissances étrangères etc., publiés par ordre du Roi, et présentés à S. M. par le Comte Solar de la Marguerite, Premier Secrétaire d'État pour les affaires étrangères, etc. tom. 4, p. 596 et seq.

pro militibus transfugis dumtaxat constituere intenderet, ut illuc ab Ecclesiis, et locis immunibus traducti per tempus juxta suorum criminum malitiam acriter custoditi, designandis operibus addicerentur; Summo Pontifici propterea Victorius Amedeus Rex supplicari fecisset ut sibi in praemissis providere dignaretur; Pius VI. Archiepiscopis et Episcopis Civitatum et Dioecesum sub dominio ejusdem Victorii Amedei Regis existentium facultatem impertitus est cum debita licentia, ac interventu personae Ecclesiasticae ab eisdem Archiepiscopis et Episcopis respective deputandae, milites aut desertionis, aut aliorum excessuum reos juxta earumdem litterarum formam, a quibusvis Ecclesiis et locis immunibus dictarum Civitatum et Dioecesum extrahendi, ac illos consignandi eorum respective Praefectis, reportata tamen prius ab iisdem promissione, more Nobilium de non plectendis hujusmodi militibus morte aut gravi poena corporis afflictiva, sub poena excommunicationis latae sententiae adversus contravenientes, pro tempore existenti Romano Pontifici, praeterquam in mortis articulo reservatae, ut dein a dictis Praefectis in arces, seu fortalitia suorum Regnorum sub dicta catena militari inibi constituta traducantur, designandisque operibus per tempus ab eodem Victorio Amedeo juxta patratorum criminum malitiam praefigendum addicantur; et cum jam dimissis turmis hujusmodi, quas vocant *franche*, aliqui milites rei interim fuerint ab Ecclesiis, aliisque immunibus locis, juxta praemissam formam extracti, qui tamen nunc separatim servantur, et priusquam praesentes ejus litterae suum sortiantur effectum, alii similiter extrahentur; ut hi sicut caeteri imposterum extra-

hendi ad catenam praedictam militarem pariter traducantur, statuit, et declaravit [1].

Art. 2.

Exponuntur loca, quibus juxta Concordata jus asyli competit, et quibus non competit.

In Instructione Benedicti XIV. § 10. haec statuuntur circa loca quae sacri asyli jure gaudent, vel asyli immunitate carent:

« Per l'avvenire non godranno dell'immunità i seguenti luoghi:

Le chiese rurali esistenti fuori delle città e luoghi abitati, nelle quali non si conserva il Venerabile, eccettuatene le parrocchie, e le chiese filiali delle medesime, nelle quali si esercita la cura delle anime, con dichiarazione, che tanto rispetto alle suddette chiese rurali riserbate, quanto a riguardo di tutte le altre chiese, che sono in città e altri luoghi abitati, non debba il benefizio dell'asilo distendersi, quanto all'esteriore ad altro che all'atrio, quando sia circondato di muro, o portici, scale e porte tanto anteriori che laterali, e alla facciata anteriore solamente.

Le cappelle e gli oratorii esistenti nelle case dei particolari, e magnati, quantunque abbiano privilegio di cappelle pubbliche, e l'adito in istrada pubblica. Così pari-

[1] Pius VI. Brevi 15 septembr. 1786.

mente tutte le cappelle delle fortezze, e castelli chiusi, ancorchè si conservi in esse il SS. Sacramento.

I campanili separati dalle chiese, e dalle muraglie di esse.

Le chiese dirute e abbandonate, colla precedente profanazione, che si ordinerà a' Vescovi e Ordinarj de' luoghi rispettivamente di fare.

Gli orti e giardini, e altri luoghi di chiese, e di qualsisia altra casa religiosa, i quali non sono circondati da muraglie, e non sono compresi nella clausura.

Le botteghe e le case attaccate alle muraglie delle chiese, o de' monisteri, o di qualsivoglia altra casa religiosa, quantunque abbiano interna comunicazione colle medesime, purchè non siano comprese nella clausura.

Le case in cui abitano i Sacerdoti, o altri Ecclesiastici, ancorchè abbiano l' ingresso nella chiesa, eccettuatene però le case, ove abitano i Parrochi ed altri Ecclesiastici destinati alla cura e custodia della chiesa, purchè bensì tali case si abitino da essi stessi, e non da altri; le quali avendo l' immediata comunicazione interiore colla stessa chiesa, godranno del sacro asilo, non ostante che abbiano la porta coll'uscita in istrada pubblica. [1] »

In Instructione Clementis XIV. an. 1770, haec etiam leguntur:

Essendosi riconosciuto che l' origine principale degli abusi è derivata, perchè negli atrii delle chiese, detti volgarmente *piazzali*, si fanno lecito i malviventi di piantare

[1] Instr. Bened. XIV. § 10.

a loro talento capanne, baracche ed altri ripari con uscio chiuso a forma di case, di cui poi si servono non tanto per aver ivi un sicuro e stabile ricovero, quanto per ricettarvi e nascondervi ogni specie d'armi e di robe furtive, introdurvi donne di mal affare, assalir quelli che di là passano, e commettere impunemente altri eccessi con grave danno della quiete pubblica, e manifesta profanazione de' luoghi sacri, sarà cura dei Vescovi e Rettori delle chiese di far subito dai detti atrii e luoghi rimuovere, qualor vi sieno, e rigorosamente proibire; che più non si costruiscano simili baracche, capanne e ripari, i quali, oltre al dare ai rifugiati un ricovero quanto indecente altrettanto dannoso, non può a meno, che non guastino, e deturpino la maestà, e decoro esterno de' sacri tempii [1].

Art. 3.

De methodo extrahendi reos a locis immunibus et illine tollendi arma si quae sint; nec non de Judicibus ac modis quibus proceditur in causis ad jus asyli pertinentibus juxta concordata.

In Instructione Benedicti XIV. haec circa reorum extractionem a locis immunibus, nec non circa Judices ac modos procedendi in causis ad jus asyli spectantibus praescribuntur.

[1] Instr. Clement XIV. an. 1770. § 1.

Rifugiandosi nel luogo immune qualcuno de' delinquenti laici supposto reo di eccettuato delitto, ad ogni istanza e richiesta dal laico Magistrato, e cogli indizj *ad capturam*, concedasi da Vescovi, e loro Vicarj Generali in città, e negli altri luoghi da' Vicarj foranei, ed in mancanza di questi dalla persona ecclesiastica più degna, che fa figura di superiore nel luogo, la licenza di trarlo dal sacro asilo, coll' intervento di persona ecclesiastica da destinarsi da' medesimi, e si consegni alla Curia secolare, coll' obbligo giurato *in scriptis* di ritenere il reo *nomine Ecclesiae*, e di restituirlo alla chiesa, in caso si decida che debba goderla, e non restituendosi, rimanga al Vescovo la facoltà di procedere contro del Magistrato secolare colle pene canoniche di violata immunità.

Nel caso che rispetto agli accennati delinquenti detta licenza fosse negata dopo ricercata nel modo detto di sopra, sia lecito al Giudice laico, senza timore d'incorrere nelle censure, estrarre il delinquente con tutta modestia, e senza scandalo, coll' obbligo però in iscritto come sopra, da trasmettersi alla Curia Ecclesiastica del Vescovo.

Costituito il reo nelle carceri laicali, si formi dal Giudice secolare il processo informativo sopra il delitto, e nel termine di quattro mesi si esibisca alla curia del Vescovo; e questi, dentro il termine di un mese, debba dichiarare se il reo goda, o no.

Quando poi il Giudice laico fra lo spazio di quattro mesi non esibisca il processo, dovrà il Vescovo richiederlo per la restituzione del reo alla chiesa; la qual restituzione non potrà dal Giudice laico ritardarsi a forma dell' obbligo fatto nell' atto della consegna.

Perchè possa il Vescovo dichiarare, che l' inquisito non goda del benefizio dell' asilo, bastino gl' indizj *ad torturam.* Dichiarandosi dal Vescovo, che il reo non goda, in tal caso debba cessare l' effetto dell' obbligo fatto dal Giudice laico nell' atto della consegna detto di sopra; e all' incontro dallo stesso Giudice laico dovrà farsi nuovo obbligo del tenore di quello detto di sopra, di rimettere il reo in Chiesa qualora il medesimo abbia nelle sue difese purgati gl' indizj sopra la qualità, che rende il delitto eccettuato, restando ciò a carico della coscienza dello stesso Giudice laico.

Che sotto nome di Vescovi s' intendono i veri Vescovi, e non già i Prelati inferiori di qualunque specie, quantunque abbiano proprio e separato territorio, e giurisdizione quasi episcopale, dovendosi per tali luoghi esenti ricorrere o al Vescovo diocesano, se il luogo è nella diocesi, oppure al viciniore; alla riserva bensì di que' Prelati inferiori, che avessero ottenuto, ed ottenessero dalla Sede Apostolica uno speciale indulto di procedere in queste cause d' immunità locale [1].

A coloro che si rifuggiano nelle chiese o luoghi immuni i Vescovi, i Vicarj foranei, o chiunque fa figura di Superiore Ecclesiastico in città, o in qualunque altro luogo della Diocesi, facciano subito togliere le arme, implorando,

[1] Instruct. Bened. XIV. an. 1742. § 11. Vid. Traités publics de la Royale Maison de Savoie avec les Puissances étrangères etc. publiés par ordre du Roi, et présentés a S. M. par le Comte Solar de la Marguerite Premier Secrétaire d'État pour les affaires étrangères, etc., tom. 2. p. 557. et seqq.

quando vi sia di bisogno, il braccio della Curia secolare, la quale facendo istanza ai suddetti Superiori Ecclesiastici che si levino le arme della Chiesa e luoghi immuni, sieno tenuti i medesimi dare la licenza di estrarle coll'intervento di Persona Ecclesiastica; e non volendosi accordare da' suddetti Superiori Ecclesiastici la licenza, sia lecito alla podestà secolare estrarre le dette arme, le quali anche nel caso che si tolgano ai rifuggiati da' Superiori Ecclesiastici, dovranno consegnarsi al Magistrato laico, premessa la protesta da farsi dalla medesima Persona Ecclesiastica, a tenore del cap. *Praelatis, De homicidiis in sexto* [1].

Coloro che si abusano, *ita in Instructione Benedicti XIV.* § 9: coloro che si abusano del confugio anche per la prima volta, si estraggano da quello d'ordine del Vescovo, e di ordine del medesimo si trasportino in altra chiesa, nel qual trasporto non possano essere molestati dalla Curia Secolare *sub poenis violatae Immunitatis*, e s'intimi loro, che abusandosi del confugio per la seconda volta, sarà dichiarato dal Vescovo che non godono più veruna sorta di Immunità Ecclesiastica. E affinchè da' Vescovi possa farsi speditamente una tal dichiarazione, sarà da Sua Santità conceduta loro una volta per sempre la facoltà, acciocchè non debbano in ciascun caso che potrà occorrere di doverne far uso, scriverne in Roma per ottenerla [2].

In Instructione Clementis XIV. an. 1770 hec etiam statuuntur: Perchè anche ad effetto di ordinare questo sem-

[1] Instr. Bened. XIV. § 12.
[2] Instr. Bened. XIV. § 9.

plice trasporto alcuni Vescovi han creduto, che sia necessario un processo formale per la verificazione dell'abuso, cosa che molte volte rende inutile il provvedimento preso nell'Istruzione a motivo delle difficoltà, che s'incontrano nel compilare detto processo, perciò trattandosi nel primo caso non di privare il rifuggiato del beneficio dell'asilo, ma soltanto di trasportarlo da una chiesa in un'altra, e così permutargli il confugio da un luogo in un altro egualmente immune; si dichiara, che a questo effetto non sarà altrimente bisogno di processo, ma basterà, che senza alcuna forma di giudizio per le circostanze rilevate o dal Regio Fisco, o da altri, oppure *ex informata conscientia* consti al Vescovo dell'abuso, lasciando alla sua prudenza di ordinare il trasporto, dove sia minore il pericolo, e dove abbia il rifuggiato minor comodo e facilità di commettere nuovi abusi [1].

Bensì nel secondo caso, in cui si tratta di dichiarare decaduto il rifugiato dal beneficio dell'asilo, resta fermo, che il nuovo abuso debba provarsi nelle solite forme col processo; e siccome in detta Istruzione è stato ordinato che a coloro che si rifuggiano in luogo immune i Vescovi e altri Superiori ecclesiastici facciano subito togliere le armi, con implorare, quando vi sia di bisogno, il braccio della Curia Secolare; così dovrà intendersi commesso abuso di confugio da chi riterrà, o nasconderà nel luogo immune quelle arme, che nel rifuggiarsi gli sarebbero state tolte, o che se gli sarebbero dovuto togliere, come anche da chi

[1] Instr. Clement. XIV. § 2.

riterrà, o nasconderà chiavi false o adulterine, grimaldelli, o altri stromenti atti di lor natura a commetter furti; da chi terrà mano ai ladri con ricettare robe furtive, o introdurrà nel luogo immune donne di mala vita; e da chi insulterà e offenderà i passeggieri, o uscito dal luogo immune avrà commesso qualche furto, o altri simili eccessi [1].

Clemens XIV. postquam declaravit reum atrocis homicidii etiam minorem 20 annis, a loco immuni extrahi posse, et Curiae laicae tradi, subdit. Perchè possa speditamente venirsi a questa estrazione e consegna senza dovere in ogni caso che succeda, ricorrere alla S. Sede per dimandare la deroga della immunità, si potrà liberamente procedere alla medesima estrazione e consegna, sol che venga verificata, e decisa non meno in prima, che occorrendo in seconda istanza la qualità gravante dell' omicidio, e segua la rispettiva consegna nelle forme prescritte dalla Istruzione Benedettina per le declaratorie di delitti eccettuati; e per le successive consegne alli §§ 11 e 13 i quali dovranno esattamente osservarsi; ma essendo conveniente, che nel presente caso più speciale apparisca ancora in modo più individuo della espressa delegazione della Santa Sede sì per la prima, che per la seconda istanza; perciò tanto il presente, quanto ogni futuro Arcivescovo *pro tempore* di Torino dovranno chiedere al Sommo Pontefice, e per se, e per gli altri Apostolici Delegati la facoltà di procedere nelle forme suddette, che sarà data una volta per

[1] Instr. Clem. XIV. an. 1770. § 3.

sempre ad ogni Arcivescovo per se, e per gli altri a seconda della suddetta istanza, e petizione [1].

Clemens XIV. in Instruct. 1770. § 7 haec insuper statuit. Inerendo alla dichiarazione fatta nella Costituzione di Benedetto XIV. *Officii nostri ratio*, ed estendendola in ogni sua parte ai dominj della Maestà del Re di Sardegna, si dà la facoltà ai Vescovi di poter estrarre dai luoghi immuni i rei di ferite riconosciute, e giudicate dal perito con grave pericolo di vita, anche prima che succeda la morte dei feriti, con la condizione, che se le ferite saranno casuali, o fatte a giusta ed incolpata difesa, come pure se il ferito non venisse a morire nel termine dalle leggi prefisso, debba l'autore delle ferite restituirsi alla Chiesa [2].

Art. 4.

De modis judiciales perquisitiones agendi in locis immunibus.

Benedictus XIV. circa modos judiciales perquisitiones agendi in locis immunibus haec statuit: Qualora dovrà farsi qualche perquisizione in chiesa, o in altro luogo immune di cosa rubata, o di contrabbando o di scrittura, o di danaro, o robe occultate da' contumaci, o che in qualunque maniera possano al fisco appartenere, dovranno i ministri (senza però essere tenuti a manifestare il luogo

[1] Clemens XIV. in Istruct. 1770. § 6.
[2] Clemens XIV. Instr. 1770. § 7.

preciso, e individuo) chiederne la licenza a' Superiori ecclesiastici, la quale dovrà accordarsi in città dal Vescovo, e in tutti gli altri luoghi della Diocesi dai Vicarj foranei, ed in loro mancanza dalla persona più degna, che fa figura di superiore ecclesiastico, eccettuati però i monasteri di monache, ed i conservatorj di donne. Ottenuta la licenza si farà la perquisizione coll' intervento di persona ecclesiastica, e ritrovandosi contrabbando, o roba rubata, o qualunque altra roba o cosa delle dette di sopra, premessa dalla medesima persona ecclesiastica, la protesta da farsi a tenore del cap. *Praelatis de homicidiis in sexto*, si estrarrà, e si consegnerà alla curia laicale; anzi che chiedendosi dalla medesima la licenza suddetta ai superiori ecclesiastici, se le fosse negata, potrà in tal caso da se stessa procedere alla detta perquisizione, ed estrazione, senza timor d'incorrere nelle censure, a riserva però sempre, come sopra, de' monasteri di monache, e de' conservatorj di donne [1].

Art. 5.

Quaenam praescripserit Clemens XIII. circa Asylum servanda in Provinciis vi Tractatuum Viennae et Aquisgrani a Statu et Ducatu Mediolanensi avulsis, et Caroli Emmanuelis Regis temporali dominio unitis.

Clemens XIII. die 3 septembris an. 1763 totum id quod Benedictus XIV. in sua Instructione, praesertim in para-

[1] Instruct. Bened. XIV. § 12.

graphis nono, decimo, decimoprimo, decimo secundo, et decimotertio contentum et expressum quoad immunitatem libertatemque ecclesiasticam pro dominio temporali Caroli Emanuelis Regis tunc existentibus in eo Archiepiscopis et Episcopis transmissa praescripsit, statuit, et decrevit, ad easdem Provincias vigore Tractatuum Viennae et Aquisgrani, a Statu et Ducatu Mediolanensi avulsas, ac dicto Carolo Emanueli Regi assignatas, attributas et subjectas, ejusque temporali dominio praedicto unitas, extendit, et ampliavit [1].

Art. 6.

De Instructionibus ac Litteris SS. Pontificum de Jure Asyli, quas Leo XII. in Liguria vim obtinere voluit.

Cum Carolus Felix Sardiniae Rex Summo Pontifici significandum curasset, ob crebro mutatum in Liguria intra annos haud ita multos regimen, itemque ob temporum perversitatem, res quae pertinent ad sacrum asylum tanto ibi detrimento fuisse obnoxias, ut earum rationibus consulere omnino opus esset; quia autem Liguria dominatui accessit Regiae Familiae suae facile arbitraretur id perfici posse, si refixis auctoritate Apostolica legibus, et consuetudine qualibet antiquata, quae olim de sacro Asylo apud Ligures obtinebat, id negotii apud illos eo prorsus modo geri vellet S. Pontifex, qui servandus in reliquis Regiae ditionis partibus ab eadem Apostolica Sede prae-

[1] Clemens XIII. Brev. an. 1763. 3 septembr.

scriptus est; idque a Summo Pontifice Rex petiisset; Leo XII. die 20 junii an. 1826 mandata, seu instructiones Benedicti XIV. ac Clementis itidem XIV. quae prolatae ab illis sunt de jure asyli ad Ecclesias, aliaque sacra loca quae in ditione Serenissimae Familiae Sabaudiae occurrebant, itemque litteras a Clemente XIV. datas Archiepiscopo Taurinensi, nec non a Pio VI. ejus successore editas, in Liguria etiam vim obtinere voluit, licet Serenissimae Familiae dominatui post editas instructiones, ac litteras illas accesserit, ibidemque earum praescriptum impleri mandavit [1].

Art. 7.

De facultatibus, quibus Archiepiscopus Taurinensis, nec non Salutiarum et Eporediae Episcopi donantur ex Benedictinae Instructionis paragrapho decimotertio praescriptis.

Instructio Benedicti XIV. haec § 13 statuit: Appartenendo al Vescovo il dichiarare, se il reo goda, o non goda del benefizio dell'immunità, e dovendo lo stesso Vescovo, dentro il termine di un mese dal dì che gli sarà stato consegnato il processo dal Giudice laico, proferire la detta sentenza; inoltre potendosi dar il caso che dentro il predetto mese non si proferisca dal Vescovo la sentenza o che nella discussione di queste cause, ad istanza o del fisco ecclesiastico, o del fisco laico sia d'uopo l'ordinare

[1] Leo XII. Brev. 1826. 20 junii, incip. *obseq. erga Deum.*

che s' impingui il processo, o che si faccia un nuovo processo, acciò la giustizia abbia libero il suo corso e non sia esposta alle frequenti mutazioni de' Giudici; la Santità di Nostro Signore deputa monsignor Arcivescovo di Torino dandogli ogni facoltà opportuna e necessaria per decidere la causa, se non sarà stata decisa dal Vescovo dentro il mese stabilito, come pure in caso di qualche differenza, che insorga per ordinare l' impinguazione del processo, o confezione del nuovo. Deputa pure, e dà le facoltà opportune e necessarie al predetto Monsignor Arcivescovo acciò possa ricevere le appellazioni dal giudicato del Vescovo sopra il punto dell' immunità locale, costituendolo Giudice nella detta materia di seconda istanza; e trattandosi di sentenza proferita dal predetto Monsignor Arcivescovo di Torino, da cui una delle parti volesse riclamare, o che la sentenza non fosse stata da esso proferita dentro il mese, o che in una causa pendente avanti di lui insorgesse qualche differenza circa l' impinguar il processo, o farne un nuovo; il tutto si divolva al Vescovo di Saluzzo cui Sua Beatitudine conferisce tutte le facoltà opportune e necessarie, per essere Giudice di seconda istanza in questi casi, come pure al Vescovo d' Ivrea in caso di vacanza, od impedimento dell' Arcivescovo di Torino, o del Vescovo di Saluzzo [1].

Trattandosi di materia, nella quale con l' individuazione dei casi e de' luoghi, in cui deve, e non dee rispettivamente aver luogo l' immunità, presentemente si ritrova

[1] Instruct. Bened. XIV. § 13.

ogni chiarezza, e di materia che richiede pronto distrigo per servizio della giustizia, si determina che i sopraddetti Giudici delegati, e che procedono in seconda istanza, procedano inappellabilmente e privativamente a qualunque Ministro Giudice o Tribunale, tanto ecclesiastico che laico, sia di qualsivoglia rango, anche di Monsignor Nunzio, o di qualsivoglia altro Giudice Ministro, che pretendesse procedere per via di Regia protezione, o economica provvidenza [1].

Cum non satis clare in paragrapho 13 Instructionis Benedicti XIV. provideatur casus, in quo causa de ac super beneficio Immunitatis Ecclesiasticae reorum ad Ecclesiam confugientium ad Archiepiscopum Taurinensem devoluta, ex quo Episcopus juxta dictam Instructionem, Judex primae instantiae intra praescriptum mensem nullam protulerit sententiam, liceat a sententia Archiepiscopi Taurinensis, quasi esset Judex primae instantiae, ad Episcopos vel Salutiarum, vel Ipporegiensem appellare eodem prorsus modo, quo dum Archiepiscopus Taurinensis est Judex primae instantiae disponitur, et alteri pariter casui non consulatur, in quo Archiepiscopus Taurinensis Judex primae instantiae existens intra praescriptum mensem nihil per sententiam declarans, causa ad praefatos Episcopos in Judices appellationis, ut praefertur, designatos devolvatur, num parti succumbenti altera competat appellatio; Summo Pontifici propterea Victorius Amedeus Sardiniae Rex supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere dignaretur.

[1] Instruct. Bened. XIV. § 13.

Summus autem Pontifex Pius VI. Brevi 9 aprilis 1782 quoad paragraphum decimum tertium, totum id, quod in eo dispositum legitur in casu, quo Archiepiscopus Taurinensis sit Judex primae instantiae in causa Immunitatis Ecclesiasticae, de qua in dicto paragrapho, ad casum etiam in quo ad eumdem Archiepiscopum Taurinensem eadem causa de, ac super Immunitate Ecclesiastica ex defectu sententiae intra mensem prolatae ab Episcopo primae instantiae sit devoluta juxta legem dicti paragraphi extendit ac ampliavit; immo quatenus Archiepiscopus Taurinensis in causis praefatis in prima instantia coram ipso vertentibus, intra praescriptum mensem, ut praefertur, sententiam non proferret, tunc cum ad Episcopos, aut Salutiarum, aut Ipporegiensem causae cognitio juxta memoratae instructionis disposita devolveretur, ac proinde post alterutrius sententiam pars succumbens appellationis beneficio defraudata esset, quod in eadem instructione nullus Judex appellationis in hoc casu designatur, hinc parti appellanti liberum esse alterum ex Archiepiscopis, et Episcopis in ditionibus temporalibus eidem Victorio Amedeo Regi subjectis existentibus in Judicem appellationis eligere, statuit et declaravit [1].

[1] Brev. Pii VI. 9 aprilis 1782.

ART. 8.

De facultatibus a Leone XII. tributis hac de re Archiepiscopo Januensi, ac Sarzanae et Savonae Episcopis in Ducatu Liguriae.

Leo XII. concessit et indulsit ut Archiepiscopus Januensis in Liguria, ea ipsa uti possit auctoritate, quae a Clemente XIV. Archiepiscopo Taurinensi facta, ac postremo ut quemadmodum ex Benedictinae Instructionis paragrapho decimotertio praescriptis postea per Pii VI. Diploma die 9 aprilis an. 1782 declaratis et ampliatis, Archiepiscopus Taurinensis, nec non Salutiarum et Eporediae Episcopi nonnullis peculiaribus facultatibus quoad appellationes in sacri asyli controversiis fuerunt donati, eadem plane ratione eas ipsas facultates Archiepiscopo Januensi, simul atque Sarzanae et Savonae Episcopis in Ducatu Liguriae tribuit et impertitus est [1].

[1] Leo XII. Brev. incip. *Obsequio erga Deum.* Vid. Traités publics de la Royale Maison de Savoie avec les Puissances étrangères etc., publiés par ordre du Roi, et présentés à S. M. par le Comte Solar de la Marguerite, Premier Secrétaire d'État pour les affaires étrangères, etc. Tom. 4.

Superiorum permissu.

INDEX.